NOUVELLE

REVUE THÉOLOGIQUE.

TOME XXVI. — 1894.

Imprimi potest.

Tornaci, die 13 Martii 1895.

G.-F.-J. BOUVRY, *Vic. Gen.*

Imprimi potest.

Valleguidonis, die 4 Januarii 1895.

† JULIUS, *Episc. Valleguidonensis.*

---

†

Attenta Censorum Ordinis approbatione imprimi potest.

Romæ, die 13 Februarii 1895.

Fr. BERNARDUS AB ANDERMATT,
Ord. Capuc. Min. Gener.

Antverpiæ, die 13 Februarii 1895.

Fr. JOANNES-BAPTISTA A MEERLE,
Min. Prov. Fr. Min. Capuc. ind.

NOUVELLE

REVUE THÉOLOGIQUE

OU SÉRIE D'ARTICLES ET DE CONSULTATIONS

SUR LE DROIT CANON,
LA LITURGIE, LA THÉOLOGIE MORALE, ETC.

PUBLIÉE SOUS LA DIRECTION

du R. P. PIAT de Mons,
De l'Ordre des Frères Mineurs-Capucins

ET DE

M. J. PLANCHARD,
Vicaire-Général d'Angoulême.

AVEC APPROBATION DES ÉVÊCHÉS DE TOURNAI ET DE LAVAL.

Honorée d'un Bref de Sa Sainteté Pie IX.

TOME XXVI. — 1894.

ALMA COLLEGE
P
LIBRARY
NRT
Alma, California

PARIS
LIBRAIRIE INTERNATIONALE CATHOL.
Rue Bonaparte, 66

LEIPZIG
L.-A. KITTLER, COMMISSIONNAIRE
Sternwartenstrasse, 46

H. & L. CASTERMAN
ÉDITEURS PONTIFICAUX, IMPRIMEURS DE L'ÉVÊCHÉ
TOURNAI

10005

v.26
1894

TOUS DROITS RÉSERVÉS.

NOUVELLE
REVUE THÉOLOGIQUE.

E SECRETARIA BREVIUM.

INSTITUTION

D'UN JOUR DE PRIÈRES ET D'ACTIONS DE GRACES SOLENNELLES EN PRUSSE.

LEO PP. XIII.

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam benedictionem.

Qua ex singulari Divinæ Providentiæ consilio totius catholici gregis cura urgemur, Nos admonet ut sedulo attentoque studio præstemus, quæ in exploratam Christifidelium utilitatem cedant. Jam vero Prædecessores Nostri Romani Pontifices, etsi nihil iis unquam antiquius visum sit, quam ut Christianus populus veneretur Sabbata Domini, tamen cum gravis momenti rationes id suaserint, in præscribendis festis diebus eorumque celebratione, non spirituali tantum emolumento gentium consuluere, verum etiam temporalibus earum necessitatibus opportune ac salubriter pro temporum ac locorum circumstantiis obvenire non renuerunt. Hac mente Leo PP. XII fel. rec. Prædecessor Noster, Apostolicis litteris eadem hac forma ad Prædecessorem tuum Ferdinandum Augustum Archiepiscopum Coloniensem die 11 mensis decembris anno 1828 datis, ipsi aliisque regni quoad tum patebat Borussici Sacrorum Antistitibus, nempe Trevirensi,

Monasteriensi, Paderbornensi et Posnaniensi, Culmensi, Wratislaviensi necnon Varmiensi mandavit, ut in sua quisque diœcesi eumdem festorum ordinem auctoritate Apostolica ediceret, qui in provinciis regni Borussici orientalibus ex Apostolicis Clementis PP. XIV et Pii PP. VI Nostrorum Prædecessorum litteris tum vigebat. Porro cum per similes litteras ad Antonium Episcopum Paphensem Vicarium Apostolicum et Decanum Wratislaviensem die XIX mensis aprilis anno 1788 datas, Pius PP. VI rec. mem. Prædecessor Noster, Borussici Regis optatis annuens statuendum curaverit, ut pro diœcesanis Borussico Regi eidem subjectis designaretur quotannis dies pro solemnibus Deo supplicationibus peragendis ad uberes ex agris fructus obtinendos, hicque dies, scilicet feria quarta tertiæ hebdomadæ post Pascha, ex tunc sicuti festivus habitus fuerit, hinc factum est ut tam prædictus Prædecessor tuus Archipræsul Coloniensis quam alii supradictarum diœcesium Antistites, in disponendis festis pro iisdem Borussici Regni diœcesibus, inter alia idipsum Pii PP. VI decretum pro lege habuerint, et festorum ordini, quem, Friderico Gulielmo III Rege Borussico auspice, earumdem diœcesium præsules anno 1829 promulgarunt, feriam quartam tertiæ post Pascha hebdomadæ tanquam festum diem pro solemnibus Deo supplicationibus ad uberes ex agris proventus obtinendos inseruerint. Huic autem feriæ quartæ deinceps solemniter celebrandæ in singulis diœcesibus eisdem festum aliquod addixere, nempe : I. Pro Archidiœcesi Coloniensi, Patrocinium S. Josephi; II. Pro diœcesi Trevirensi, festum Tunicæ et Lanceæ Domini Nostri Jesu Christi; III. Pro diœcesi Monasteriensi, festum S. Ludgeri ; IV. Pro diœcesi Paderbornensi, festum S. Liborii; V. Pro Archidiœcesi Gnesnensi et Posnaniensi, festum S. Adalberti; VI. Pro diœcesi Culmensi, festum item S. Adalberti; VII. Pro diœcesi Wratislaviensi, Patrocinium S. Josephi; VIII. Pro diœcesi denique Varmiensi, festum S. Adalberti. Verum cum in præsentia Serenissimus Imperator ac Rex Gulielmus II admodum cupiat ut dictus pœnitentiæ precumque dies, « Buss-und Bettag » vulgo appellatus, qui in variis Regni par-

tibus variis diebus hucusque celebrabatur, uno eodemque pro toto Regno die in posterum celebretur, nempe feria quarta hebdomadæ anni ecclesiastici penultimæ, neque graves officiant rationes, quin optatis hujusmodi obsecundemus, et in diœcesibus supradictis e feria quarta tertiæ post Pascha hebdomadæ, idem festum ad uberes ex agris obtinendos fructus vel potius in gratiarum actionem pro fructibus jamjam perceptis, interposita Nostra auctoritate in quartam hebdomadæ anni ecclesiastici penultimæ feriam transferamus, imo peropportuna Nobis eadem immutatio visa sit, hinc quæ infra scripta sunt decernenda in posterum existimavimus. Nimirum votis Serenissimi Imperatoris ac Regis Gulielmi II, qui in catholicos suæ ditioni obnoxios et propensam gerit voluntatem et eorum utilitati sapienti consilio prospicit, quantum in Domino possumus, annuentes, Apostolica Nostra auctoritate, præsentium vi, ac de certa scientia et matura deliberatione Nostris, omnibus rei momentis attento ac sollicito studio perpensis cum Venerabilibus Fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus supremæ Inquisitioni præpositis, feriam quartam hebdomadæ tertiæ post Pascha, hucusque in archidiœcesi tua Coloniensi et in aliis supramemoratis diœcesibus Treviren., Monasterien., Paderbornen., Gnesnen. et Posnanien., Culmen., Wratislavien. ac Varmien. festive in foro celebratam, negotiis sæcularibus peragendis reddimus, ac festa pro singulis iis diœcesibus huc usque in eamdem diem translata, ut suis quæque locis restituantur, edicimus. Præterea, de Apostolicæ Nostræ potestatis plenitudine, præsentium item vi, feriam quartam penultimæ anni ecclesiastici hebdomadæ in diem festum pro supradictis diœcesibus evehimus, adjecta Christifidelibus tum sacro adstandi, tum a servilibus operibus abstinendi obligatione. Tandem præcipimus ut hac feria quarta penultimæ anni ecclesiastici hebdomadæ solemnes eædem preces instituantur, quæ huc usque quarta feria hebdomadæ post Pascha tertiæ fieri solebant, necnon ut pro singulis præfatis diœcesibus festum Præsentationis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ e loco suo, nempe a vigesima prima novembris mensis die in ipsam

feriam quartam penultimæ anni ecclesiastici hebdomadæ deinceps similiter Apostolica Nostra auctoritate transferatur. Non obstantibus Nostra et Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. Tuæ autem, Venerabilis Frater, curæ committimus, ut aliis prædictis sacrorum Antistitibus ceterisque ad quos pertinet hanc Nostram voluntatem significes, Tibique et gregi Tibi concredito Apostolicam benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 9 decembris 1892, Pontificatus Nostri anno decimo quinto.

S. CARD. VANNUTELLI.

Venerabili Fratri Philippo Archiepiscopo Coloniensi.

S. CONGREGATIO CONCILII.

DES TESTIMONIALES REQUISES POUR L'ORDINATION DES CLERCS QUI ONT ACCOMPLI LEUR SERVICE MILITAIRE.

FIRMANA

Postulatum quoad litteras testimoniales ordinandorum.

Die 9 Septembris 1893.

In relatione status Ecclesiæ Firmanæ H. S. C. exhibita, hæc *cap. 9, de postulatis,* secundo loco reperiuntur.

« Alterum dubium respicit necessitatem litterarum testimonialium in sacris ordinibus conferendis iis clericis qui militare servitium complere coacti sunt, et, durante militia, hac illac vagare debuerunt. Equidem scio in Constitutione S. M. Pii IX *Apostolicæ Sedis* statutum esse : « Suspensionem per annum ab ordinum administratione ipso jure incurrunt ordinantes... subditum proprium qui alibi tanto tempore moratus sit, ut canonicum impedimentum contrahere ibi potuerit, absque Ordinarii ejus loci litteris testimonialibus. » Verum hæc juris dispositio adeo generalis (quæ ceteroquin haberi potest tanquam extensio obligationis impositæ ab Innocentio XII in sua Constitutione *Speculatores*) non videtur omne dubium excludere pro re de qua agitur, nempe pro commoratione omnino precaria, ejusdemque naturæ ac commoratio vagorum quibus in jure militares comparantur. Accedit quod Congregatio S. Universalis Inquisitionis (cui a SSmo Domino munus fuit commissum ad examen revocandi legem militaris delectus relate ad promotionem clericorum ad sacros ordines) cupiens faciliorem reddere, quantum possibile

est, eorumdem clericorum promotionem, regulas dedit sub die 18 Septembris 1875 (1), quas observare debent Episcopi Italiæ in his casibus; neque innuit inter has regulas necessitatem litterarum testimonialium, præscribens tamen habitualem et continuam vigilantiam super moribus clericorum militarium ope informationum ab Ordinariis locorum, ubi degunt clerici, quibus Ordinariis speciali modo sunt iidem clerici a proprio Episcopo commendati. Hæc autem habitualis et continua inspectio, una cum particularibus informationibus Ordinariorum, sicuti efficacior est ad cognoscendam vitæ et agendi rationem clericorum, ipsis testimonialibus litteris a Curiis ecclesiasticis expeditis, ita loco ipsarum litterarum testimonialium habenda esse videtur.

« Præterea illa juris dispositio, quæ continetur in Constitutione *Apostolicæ Sedis*, ejusdem naturæ esse videtur ac altera quæ respicit libertatem status probandam ab iis, qui matrimonio jungi velint. Jamvero pro militaribus, cum præsumatur impossibilitas afferendi documenta status libertatis ex iis omnibus locis ubi aliquo tempore remorati sunt, indulgetur ut status libertas juramento suppletorio demonstrari possit. A pari dicendum videtur pro clericis qui militiæ servitium compleverunt; imo fortasse ne juramentum quidem hac in re necessario exigendum, eo quod pro matrimonio contrahendo verus processus requiritur, qui pro ordinatione nullibi præscribitur. Ceterum grave onus injiceretur clericis his, si a quovis Ordinario intra cujus jurisdictionem, etiam tantum per semestre morati sunt, litteras testimoniales exquirere ipsi deberent. Verum in re tanti momenti EE. VV. judicium cognoscere exopto. »

Hucusque Eminentissimus Firmanus Antistes; qui cum egregie argumenta protulerit, quæ necessitatem litterarum testimonialium in themate excludere videntur, me a deducendis juribus pro hac parte omnino eximit. Reliquum est igitur ut pro recepto more pauca breviter innuam, quæ contrariam sententiam suadere possunt.

(1) La *Revue* a publié ce document, t. XXII, p. 44.

Ac in primis animadvertendum est, apertam esse et in suo pleno robore persistere juris dispositionem in Constitutionibus *Speculatores* et *Apostolicæ Sedis* sancitam, qua nequeunt Episcopi suis subditis, qui alibi tanto tempore morati sunt, ut canonicum impedimentum ibi contrahere potuerint, absque Ordinarii ejus loci litteris testimonialibus sacros ordines conferre. Cumque hæc lex ad omnes casus in quibus expressse non fuerit derogatum, sese protendat, neque in themate legitime exauctorata inveniatur, consequens esset illam, haud obstantibus congruentiæ rationibus ex adverso prolatis, et pro notabili commoratione clericorum in aliquo loco militaris servitii causa vim suam exerere debere. Hic etiam itaque locum sibi vindicaret distinctio quoad moræ tempus, atque hujus habita ratione perpendendum esset, num quandoque statuta in jure pro vagis intrare possint, quibus ceteroquin milites generice haud semper sunt æquiparandi. Præterea, attenta generali et clara legis dispositione, de qua superius, tenendum esset informationes Ordinariorum in Instructione S. C. U. I. diei 16 Septembris 1875 præscriptas, loco ipsarum litterarum testimonialium minime habendas esse. Omisso enim quod agitur de secreta et privata informatione, quæ in sensu juris a publico documento, ceu sunt testimoniales litteræ ordinandis concedendæ, quam maxime differt, optime fieri posset quod Ordinariorum vigilantia in clericos militiæ addictos exercenda, ob peculiaria locorum et rerum adjuncta frustranea evadat, vel aliis de causis quod informatio ab eis danda aut minime completa sit, aut omnino deficiat. Unde et in Instructione S. C. *super Disciplina Regulari* diei 27 Novembris 1892 (1), in qua eædem, ne dicam rigidiores, ac in Instructione S. C. U. I., traduntur regulæ quoad vigilantiam et inspectionem ab Ordinariis locorum et Superioribus regularibus super moribus et vitæ ratione alumnorum cujusvis religiosæ familiæ, dum servitio militari sunt addicti, exercendam, hæc leguntur sub n. 5 : « Saranno per tutti (qui ad solemnem professionem et

(1) *Nouv. Revue Théol.*, t. XXV, p. 24.

sacros ordines admittendi sunt) necessarie le lettere testimoniali degli Ordinari diocesani, nel cui territorio abbiano dimorato almeno tre mesi. » Tandem haud nimium urgenda esset paritas inter milites matrimonio jungendos et clericos ordinandos, præsertim quia pro illis status liberi probatio tantum sufficiat, dum pro his testimoniales litteræ non modo quoad statum liberum, sed et quoad alia canonica impedimenta requirantur. Monacelli *Form. leg. pract., de collat. ordinum, form. 1.*

Quare, &.

La S. Congrégation a répondu :

Litteras testimoniales esse necessarias quoties promovendus moratus fuerit in aliqua diœcesi saltem per trimestre.

Nous ne ferons qu'une observation après cette décision, qui s'imposait, nous semble-t-il. On a vu plus haut le texte de la Constitution *Apostolicæ Sedis* frappant de censure un Évêque qui ordonnerait son propre sujet, « qui alibi tanto tempore moratus sit, ut canonicum impedimentum contrahere ibi potuerit, absque Ordinarii ejus loci litteris testimonialibus. » Sur quoi les auteurs ne manquent pas de se demander combien de temps un ordinand doit passer dans un diocèse étranger, pour être censé avoir pu y contracter un empêchement canonique, et par là même avoir besoin de lettres testimoniales de l'Ordinaire du lieu. Puisque ce temps n'est pas déterminé par la loi, ils s'accordent avec Avanzini pour déclarer qu'il faut prendre moralement les expressions de la Constitution *Apostolicæ Sedis,* et qu'on peut adopter par analogie la règle suivie lorsqu'il s'agit de la preuve de l'*état libre* requise pour le mariage; ils ne réclament donc de testimoniales qu'après un séjour de *six mois* dans un diocèse (1).

(1) Avanzini, *in nota;* Piazzezi, pag. 381; Téphany, n. 568, *etc.*

La décision de la S. C. du Concile que nous venons de rapporter, et la décision antérieure de la *S. C. super disciplina regulari*, à laquelle il est fait allusion, nous montrent que l'assimilation aux règles de l'état libre, bien que communément acceptée par les auteurs, n'est pas aussi absolue et aussi sûre qu'on pourrait le croire. Il est bon de le savoir.

S. CONGR. DES ÉVÊQUES ET RÉGULIERS.

ABBATIS PRIMATIS BENEDICTINORUM

JURA ET OFFICIA.

La *Revue* a publié l'an dernier (1) le Bref de Sa Sainteté qui sanctionne l'union des diverses Congrégations de Bénédictins noirs sous la direction d'un Abbé Général résidant à Rome au collège de Saint-Anselme, et nos lecteurs n'ont pas oublié que les droits et les charges de cet Abbé restaient à déterminer d'une manière précise par les soins de la S. Congrégation des Évêques et Réguliers : « Per Congregationem Nostram negotiis Episcoporum et Regularium præpositam, » disait le Bref, « seorsim definientur enucleate peculiares quæ sint partes muneris Abbatis Primatis, quæque singularia et officia erga Ordinem universum, ut ea servetur familiarum omnium conjunctio, ad quam ejus intendit institutio. » La S. Congrégation, pour remplir sa mission, vient de publier le Décret suivant :

DECRETUM.

Inæstimabilis unitatis vinculo, quo ad invicem dissectæ disjunctæque Societates ad instar fœderis sub una eademque alicujus ex sociis præeminentia absque sui juris peculiarisque Statuti detrimento consociantur, nihil sane antiquius nihilque utilius ad proprium finem ac prosperitatem facilius assequendam unquam dari excogitarique potest. Hinc sapientissimus Pontifex Dominus Noster Leo divina Providentia Papa XIII, unitatis et pacis

(1) *Nouv. Rev. Théol.*, t. XXV, p. 421.

amator, ad inclytas ac tantopere bene meritas Benedictinas Congregationes virorum, quos nigros appellant, omnem curam cogitationemque convertit eum in finem ut inter eas fraterna, quasi icto fœdere, consociatio fieret ad universi Ordinis utilitatem et incrementum. Ejus votis optatisque adfuit Eminentissimus Joseph Benedictus S. R. E. Cardinalis Dusmet, qui almam hanc Urbem petiit, primumque lapidem deposuit in Collegio S. Anselmi in Aventino monte a fundamentis excitando, præfuitque in Ædibus S. Callisti conventui Abbatum, virorumque delegatorum ex variis Benedictinorum Familiis huc vocatis ad enunciatam fraternam consociationem, collatis inter se consiliis, ineundam, constabiliendam perficiendamque. Fortunante Deo, universa rei ratione perpensa, hæc scita et placita concordibus animis constituta fuerunt, et a Sanctitate Sua suprema auctoritate comprobata, uti videre est in Apostolicis litteris in forma Brevis expeditis ac typis editis die 12 Julii hoc anno ineunte 1893, quarum brevitatis ergo nonnisi id tantum quod hujus decreti ratio postulat, perstrictim summatimque refertur. Primum enim placuit, comprobatumque fuit omnes Congregationes Benedictinorum, quos nigros vocant, veram fraternam confœderationem inivisse, quæ tamen confœderatio nullam Congregationem alteri subjicit. Atque ut aliqua unitas habeatur, Abbatem Primatem omnium Congregationum creari oportere, qui Romæ degat pro negotiis totius Ordinis bonum directe respicientibus, firmis manentibus omnium Benedictinorum Congregationibus, Constitutionibus, declarationibus, privilegiis, muneribus ac dignitatibus. Dein Abbatem Primatem assumendum esse ex universo Corpore Congregationum, nullo facto nationum discrimine. Tertio eumdem Abbatem Primatem esse insimul Abbatem Collegii S. Anselmi de Urbe cum ordinaria jurisdictione, ibique commorari debere : ipsum autem Collegium non censeri pertinere ad aliquam ex dictis Congregationibus, sed familiam habere ex omnibus conflatam. Placuit tandem, *sub num. 4 et 5* earumdem litterarum Apostolicarum ea omnia statuere quæ respiciunt tempus Abbatis Primatis in

officio, vacationem novamque electionem necnon nominationem quam hac prima vice Sanctitas Sua dignata est facere in persona Hildebrandi De Hemptinne, Abbatis Maredsolensis e Congregatione Beuronensi, Eum constituens Abbatem Primatem, adeoque S. Anselmi, tamdiu duraturum, quamdiu S. Sedi placuerit.

Quod vero ad hanc S. Congregationem Negotiis et Consultationibus Episcoporum et Regularium præpositam attinet, ex mandatis Sanctitatis Suæ seorsum definiendum ab ea est enucleate quæ sint partes muneris Abbatis Primatis, quæque singularia ejus jura et officia erga Ordinem universum. Jussa faciens Summi Pontificis Sacra hæc Congregatio, rebus omnibus sedulo accurateque perpensis, ea quæ sequuntur decernenda esse existimavit.

Inprimis quod respicit Abbatem Primatem uti Abbatem Collegii S. Anselmi in Urbe, cum is habeat in eo ordinariam jurisdictionem, ea omnia peragere ibi valet quæ alii Abbates Ordinarii ejusdem Ordinis in eorum Monasteriis juxta proprias Constitutiones peragere queunt.

Dein quod spectat ad singularia ejus jura et officia erga Ordinem universum, præter ea quæ in prædictis litteris Apostolicis *sub num. 5* enunciantur circa relationes Collegii cum singulis Congregationibus, ne inanis sit ejus Prælatio, æquum decernere visum est ut omnes Abbates Generales singularum Congregationum Benedictinarum quolibet quinquennio relationem super statu cum morali tum materiali respectivæ Congregationis ad eum transmittere teneantur, præsertim ut universi Ordinis conditio eum minime lateat.

Insuper ubi exoriri contingant inter Præsides vel alicujus Congregationis Abbates dubia vel dissensiones quæ componi nequeunt in propriis Congregationibus, constituere placet ut ad Abbatem Primatem confugiant, qui paterna caritate nihil intentatum relinquet ut animi omnium Monachorum in pacis vinculo confirmati Deo humiliter et lætanter inserviant.

Quod si necessitas urgeat, visitandi aliquam ex Benedictinis

Congregationibus confœderatis, ipse jus habeat eam visitandi, gaudens præ ceteris in actu visitationis omnibus præeminentiis et honoribus; quam visitationem sive per se, sive per aliquem idoneum Monachum ab se ad id specialiter deputandum exercere valeat.

Ceterum si agatur de quæstionibus quæ componi pacifice nequeant, quæque dilationem non patiantur, in casibus vere urgentibus, attenta necessitate, illico Ipse decernat quod æquius melius in Domino decernere judicabit, facta postea relatione ad hanc S. Congregationem.

Tandem invigilet et curet, ut in singulis memoratis Congregationibus regularis disciplina servetur.

Quod si in posterum aliqua occurrat super præmissis declaratio, tunc pro re nata ad hanc S. Congregationem EE. et RR. recursus erit habendus.

Hisce itaque Apostolica auctoritate præstitutis ac suprema sanctione munitis, Sacra hæc Congregatio spem habet certissimam fore ut singulæ Congregationes Benedictinæ earumque religiosi viri, cujuscumque sint gradus, dignitatis et præeminentiæ, Sacratissimi Principis curis et sollicitudinibus obsequentes, hoc decretum non modo sint animo volenti excepturi, sed alacriter et gratanter amplexaturi : quod quidem in perenne singularis benevolentiæ Sanctitatis Suæ Leonis XIII erga S. Patriarchæ Monachorum occidentalium Ordinem monimentum, ejusdemque Ordinis ornamentum, Deique laudem et gloriam redundat.

Apostolicis ac proprii Ordinis Constitutionibus aliisque in contrarium facientibus etiam speciali et individua mentione dignis non obstantibus quibuscumque.

Ex Audientia SSmi die 3 Septembris 1893 habita ab Emo Cardinali Præfecto, SSmus præsens decretum in omnibus ratum habuit et confirmavit.

Datum Romæ ex Secretaria S. Congregationis EE. et RR. die 16 Septembris 1893.

J. CARD. VERGA, Præfectus.

A. Trombetta, *Pro-Secretarius.*

S. CONGREGATIO INDULGENTIARUM.

PROROGATION POUR DIX NOUVELLES ANNÉES

DES INDULGENCES ACCORDÉES POUR LA FÊTE, L'OCTAVE ET LE MOIS DE S. FRANÇOIS.

I.

Beatissime Pater,

Hodiernus Minister Generalis totius Ordinis Minorum S. Francisci Assisiensis, ad pedes Sanctitatis Vestræ humiliter provolutus, exponit quod per litteras Apostolicas d. d. 11 junii 1883, Sanctitas Vestra dignata est tribuere omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, confessis ac S. Communione refectis, qui quamlibet Ecclesiam seu publicum Sacellum die festo S. Francisci vel uno ex septem diebus continuis immediate subsequentibus, cujusque fidelium arbitrio sibi eligendo, singulis annis devote visitaverint, ibique oraverint ad mentem Sanctitatis Vestræ, plenariam indulgentiam ad decennium.

Item per præfatas litteras Christifidelibus corde saltem contritis, quoties ipsi vel novendialibus supplicationibus, vel piis exercitiis per mensem in honorem S. Francisci celebrandis adfuerint, tercentum dierum indulgentia pariter tributa est ad decennium.

Quum vero hujus concessionis tempus hoc anno sit desiturum, humilis Orator præfatas Indulgentias in perpetuum implorat.

Quam gratiam, etc.

S. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præposita, utendo facultatibus a SSmo D. N. Leone PP. XIII sibi specia-

liter tributis, benigne annuit pro prorogatione præfatarum Indulgentiarum ad aliud decennium a data præsentium computandum, servata in reliquis forma et tenore primævæ concessionis.

Præsenti valituro absque ulla Brevis expeditione.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem S. Congregationis die 18 septembris 1893.

FR. IGNATIUS CARD. PERSICO, Præf.

II.

Concession d'une indulgence de cent jours pour une oraison jaculatoire au Sacré-Cœur de Jésus.

Bmo Padre,

La nobil Donna Giuseppina Merry del Val, caldamente desiderando di veder esteso per quanto è possibile l'amore verso il Smo Cuore di Gesù, prostrata al bacio del S. Piede, supplica la S. V. che voglia concedere una qualche indulgenza da lucrarsi da tutti i fedeli che divotamente reciteranno la seguente giaculatoria :

Cor Jesu flagrans amore nostri,
Inflamma cor nostrum amore tui.

Che della grazia ecc. (1).

SSmus Dominus Noster Leo Papa XIII, in audientia habita die 16 julii 1893 ab infrascripto Secretario S. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præpositæ, omnibus utriusque sexus Christifidelibus, corde saltem contrito ac devote recitantibus supradictam jaculatoriam precem, indulgentiam centum

(1) *Traduction.* Nobilis mulier Josephina Merry del Val, valde cupiens ut, quantum fieri potest, augeatur amor erga SS. Cor Jesu, ad Pedes S. V. provoluta supplicat ut Ipsa concedere dignetur aliquam indulgentiam ab omnibus fidelibus lucrandam qui devote recitaverint sequentem jaculatoriam : « Cor Jesu..., etc. Quam gratiam, etc. »

dierum, defunctis quoque applicabilem, semel in die lucrandam, benigne concessit.

Præsenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem S. Congregationis die 16 julii 1893.

FR. IGNATIUS CARD. PERSICO, Præf.

Alexander Archiep. Nicopolit. *Secret.*

III.

Interprétation et conséquences de la défense d'entrer dans plusieurs Tiers-Ordres.

CUNEENSIS.

Sacerdos N... N... huic S. Congregationi Indulgentiarum exponit se Tertio jam Ordini sæculari S. Francisci Assisiensis adscriptum, cooptari etium voluisse inter Sodales Tertiarios Servorum Beatæ Mariæ Virginis; imo petiit, eamque obtinuit facultatem admittendi Christifideles in eumdem Tertium Ordinem Servorum B. M. V., antequam ab hac S. Congregatione ederetur decretum datum sub die 31 januarii hujus decurrentis anni. Verum, quum sub die 1 junii nuper elapsi eadem S. Congregatio decretum supramemoratum vim habere retroactivam edixerit, simulque certum sit ideo Oratori collatam fuisse facultatem cooptandi fideles in tertium Ordinem Servorum B. M. V. eo quod hujus Tertii Ordinis Sodalis evaserat, hinc sequentium dubiorum solutionem ab hac S. Congregatione humiliter expostulat :

I. An legitime admiserit Christifideles in præfatum Tertium Ordinem Servorum B. M. V., eorumque professionem valide exceperit ante promulgationem decreti d. d. 21 junii 1893?

II. An actus supradicti sint renovandi per Sacerdotem legitima fretum potestate, vel potius sanandi?

S. Congregatio propositis dubiis respondendum censuit :

Ad I. *Affirmative ante promulgationem decreti; negative post promulgationem, nisi expresse renunciaverit se velle pertinere ad Tertium Ordinem Franciscalem, et elegerit, prout ipsi datur, permanere inter sodales tertiarios Servorum B. M. Virginis.*

Ad II. *Provisum in primo.*

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem S. Congregationis die 1 septembris 1893.

FR. IGNATIUS CARD. PERSICO, Præf.
A. Archiep. Nicopolitan., *Secret.*

La *Revue* a publié les deux Décrets mentionnés dans la supplique ci-dessus, et ils sont trop importants pour que nos lecteurs les aient perdus de vue. Le premier (1) déclare bien, comme le dit l'auteur de la supplique, qu'un fidèle déjà admis dans un Tiers-Ordre ne peut se faire admettre en un autre. Si le Décret de Juin 1893 se bornait, comme la supplique le rappelle, à déclarer que cette décision a un effet rétroactif, il faudrait en conclure, en effet, que les admissions postérieures sont invalides; par conséquent, le prêtre qui a consulté la S. Congrégation, aurait raison de douter de la validité des admissions qu'il a faites et des professions qu'il a reçues dans le Tiers-Ordre des Servites, étant donné que sa faculté ait pour cause déterminante ou pose comme condition *sine qua non* sa qualité de Tertiaire de cet Ordre. Mais on pouvait tirer du Décret du 21 Juin une toute autre interprétation; en effet, ce Décret (2) reconnaît formellement au fidèle qui a été admis à faire partie de plusieurs Tiers-Ordres, le droit de choisir, « juxta propriam devotionem, » le Tiers-Ordre dont il fera désormais partie. C'est bien dire que la S. Congrégation ne regarde point comme nulles les admissions faites dans ces différents Tiers-

(1) *Nouv. Rev. Théol.*, t. xxv, p. 271. (2) *Ibid.* p. 508.

Ordres avant la publication de son Décret; si elles étaient nulles, les fidèles appartiendraient de droit au Tiers-Ordre dans lequel ils seraient entrés en premier lieu; ils ne seraient pas déclarés libres de choisir suivant leur dévotion personnelle. Seulement, le Décret du 31 Janvier a un effet rétroactif en ce sens que la S. Congrégation veut établir une certaine égalité entre tous les fidèles et pour ce motif ne permet pas aux fidèles précédemment admis dans plusieurs Tiers-Ordres, de bénéficier de cette admission; elle veut qu'ils rentrent dans la règle en choisissant le Tiers-Ordre auquel ils seront censés appartenir désormais, et qu'ils ne jouissent plus des indulgences et des privilèges des autres.

Cette simple remarque fait comprendre la décision actuelle de la S. Congrégation. Toujours conforme à elle-même, elle répond équivalemment que le prêtre dont il s'agit a été légitimement admis dans le Tiers-Ordre des Servites, malgré son admission précédente dans le Tiers-Ordre de Saint-François; que dès lors, la condition posée par les Servites à la concession de sa faculté était remplie, et que les admissions et les professions reçues par lui ont été valides avant la promulgation du Décret du 21 Juin. Depuis cette promulgation, il faut recourir à une distinction : si le prêtre en question, usant de la faculté énoncée dans le Décret, a choisi le Tiers-Ordre des Servites, comme celui dont il entendait faire partie, il n'y a pas lieu de douter davantage. Si, au contraire, ce prêtre a choisi le Tiers-Ordre de Saint-François, ou, si ne faisant aucun choix, il a usé quand même de sa faculté, les actes qu'il a faits sont nuls; dans le premier cas, parce qu'il ne fait plus partie du Tiers-Ordre des Servites; dans le second, parce qu'il est en état de désobéissance formelle au Décret, ou au moins que la S. Congrégation, voulant à tout prix obtenir l'obéissance à sa décision, frappe de nullité les actes contraires.

S. R. ET U. INQUISITIO.

CAUSES MATRIMONIALES

ET

CONSTITUTION *DEI MISERATIONE.*

C'est une décision de la S. Inquisition sollicitée par S. E. le Cardinal Archevêque de Cologne qui nous inspire cet article. Elle concerne les mariages mixtes, et nous avons tout d'abord à la faire connaître; nous profiterons de cette occasion pour publier des décisions analogues, sur lesquelles nous avons sciemment gardé le silence, parce que nous avions peine à en fixer le véritable sens.

Voici la lettre de la S. Inquisition à Mgr l'Archevêque de Cologne.

Illme et Rme Domine,

Litteris die 18 Decembris 1891 ad SSmum D. N. Leonem XIII datis, Amplitudo Tua una cum tuis suffraganeis, post descripta gravissima incommoda quæ ex causis matrimonialibus, in quibus de declaranda nullitate matrimoniorum mixtæ religionis civiliter tantum initorum agitur, in dies proveniant, poposcit :

1° Quis sit Ordinarius coram quo processus hujusmodi instituendus sit?

2° Qua summaria ratione idem processus instrui valeat præter normas in Benedictina Constitutione præstitutas?

Re diligenter discussa in Congregatione generali feriæ v loco IV diei 30 mensis proxime elapsi, Emi Cardinales una mecum Inquisitores Generales respondendum censuerunt :

Ad I. *Conjuges in causis mixtarum nuptiarum subsunt Episcopo, in cujus diœcesi pars catholica domicilium habet; et quando ambo sint catholici, quia pars hæretica in Ecclesiæ sinum reversa est, subsunt Episcopo, in cujus diœcesi domicilium habet maritus.*

Ad II. *Supplicandum SSmo pro gratia ad quinquennium, dummodo nunquam deficiat matrimonii defensor, qui munere suo fungatur ad tramites juris, et extrajudicialibus saltem actis atque omni alio quo fieri poterit modo suppleatur, ita ut nunquam desint claræ concludentesque probationes.*

Tibi vero ac suffraganeis tuis per te significandum mandarunt Eminentissimi Patres, ne cessetis deterrere fideles a promiscuis connubiis civiliter ineundis uti graviter illicitis; ut doceatis simul opportune, gravius etiam illicita esse illa, quæ coram acatholico ministro contrahuntur; et præsumptionem stare non pro nullitate, imo vero pro validitate utrorumque matrimoniorum, et in casibus difficilioribus recurrendum ad S. Sedem. Quæ quidem omnia cum a SSmo Patre approbata fuerint, ea cum Amplitudine Tua communicare propero; ac Deum rogo ut Te diu sospitem servet incolumemque.

Amplitudinis Tuæ,

Romæ die 2 Julii 1892.

Addictissimus in Domino

R. CARD. MONACO.

I. — La réponse *Ad Primum* n'a rien qui puisse nous étonner : c'est l'Ordinaire de la partie catholique qui doit demander une dispense de religion mixte avant un mariage; c'est ce même Ordinaire qui est le juge compétent de la validité d'un mariage mixte déjà contracté. L'autorité ecclésiastique n'entre pas en relation avec les hérétiques. Quand la partie hérétique est convertie, il n'y a plus de raison de maintenir l'exception, et on suit les règles tracées en général pour toutes les causes matrimoniales : le juge com-

pétent est l'Ordinaire du mari. Bien entendu, telle est la réponse générale; mais les exceptions reconnues par le droit sont applicables aussi. Ainsi nous dirons avec l'Instruction de la Propagande sur les causes matrimoniales : « Exceptioni locus est si conjugale vitæ consortium aut per separationem a toro et mensa, aut per desertionem malitiosam a marito patratam sublatum sit. Priori casu quælibet pars jus accusandi contra alteram ipsi competens coram Episcopo diœcesis, ubi hæcce domicilium habet, exercere debet. Posteriori casu, uxor apud Episcopum, intra cujus diœcesim domicilium ejus situm est, actionem instituere potest (1). »

II. — La faculté concédée dans la réponse *Ad secundum* nous ramène à une question dont nous n'avons rien dit depuis 1888, bien que plusieurs documents importants aient vu le jour depuis lors. A cette époque, nous avons publié dans la *Revue* une Dissertation qui avait pour titre : *Procédure à suivre dans les causes matrimoniales* (2); nous y examinions, en premier lieu, la nécessité de la forme prescrite par Benoît XIV dans la Constitution *Dei miseratione*, et nous prouvions, en nous appuyant sur les textes, que la coutume contraire ne saurait dispenser de l'observation de la Bulle. Nous résumions nos conclusions sur ce premier point par la phrase suivante : La Constitution est obligatoire *partout*, et dans *toutes* les causes qui concernent le lien matrimonial proprement dit; le contrat civil est regardé comme une simple cérémonie, et la déclaration de sa nullité, dans les pays soumis au décret *Tametsi*, n'exige pas l'observation des prescriptions de la Bulle (3). » Nous nous demandions

(1) Instruction de la Propagande aux Évêques du rite latin. Pars I, n° 2 (*Nouv. Revue Théol.*, XIX, p. 48).

(2) T. XX, p. 609.

(3) *Ibid.*, p. 621.

ensuite si le Saint-Siège consent parfois à se départir des rigueurs de cette Bulle; et, après avoir cité des concessions anciennes, comme celle faite à l'Évêque d'Agria au siècle dernier, celle que, probablement au moins, l'Évêque de Sonore avait obtenue en 1848, nous donnions le texte de concessions très récentes accordées à plusieurs Évêques dans les cas particuliers. Au moment même où nous terminions notre Dissertation, nous reçûmes de la S. Inquisition une réponse à un exposé présenté au Saint-Siège par Mgr l'Évêque d'Angoulême plusieurs mois auparavant. Nous crûmes bon, dans le temps, de taire le nom de l'Ordinaire qui avait sollicité le décret; aussi nous sommes-nous borné à publier le décret tout seul, en omettant le préambule. Pour réparer cette omission, nous publions le tout aujourd'hui :

Illme ac Rme Domine,

Vicarius tuus generalis, sub die 9 Martii decurrentis anni, supplex adibat Supremam hanc Congregationem pro facultate ferendi definitivam sententiam in matrimonialibus causis, omissis solemnitatibus a jure præscriptis, præsertim a Constitutione *Dei Miseratione*, quando de nullitate matrimonii certo constet, ex his potissimum motivis, quia, ob infaustam divortii legem in Galliis restitutam, personæ præsertim ruri degentes post obtentam divortii sententiam ad alias civiles nuptias ineundas convolant, quin sibi persuasum habeant id illicitum esse. Ex alia vero parte hæ causæ matrimoniales multæ sunt numero, et perdifficile prorsus est easdem cum solemnitatibus a jure requisitis pertractare, servata præsertim appellatione ex officio, et stante sponsorum sollicitudine et anxietate pro novis nuptiis contrahendis.

Quo supplici libello examinato, ac mature perpensis rationum momentis, Emi et Rmi DD. S. R. E. Inquisitores Generales in

Congregatione Generali coadunati, Amplitudini Tuæ sequens Decretum communicandum mandarunt :

Feria IV 5 Septembris 1888.

Dummodo agatur de impedimentis consanguinitatis, affinitatis ex copula licita, cognationis spiritualis, ligaminis, disparitatis cultus (dummodo non agatur de valore baptismi forsitan collati, quo in casu recurrendum semper erit ad Sanctam Sedem), et clandestinitatis ; atque ex authenticis documentis vel ex testibus fide dignis certo omnino constet de existentia impedimenti, et de dispensatione aut sanatione super eo non concessa, supplicandum Sanctissimo pro facultate procedendi ad sententiam definitivam absque appellatione, non servata forma Benedictinæ Constitutionis *Dei Miseratione*, adhibito tamen et audito in singulis casibus matrimonialis vinculi Defensore.

Eadem die et feria.

Facta de his omnibus Sanctissimo D. N. Leoni PP. XIII relatione, Eadem Sanctitas Sua resolutionem Eminentissimorum Patrum approbavit et benigne concessit petitam facultatem.

J. Mancini, *S. R. et U. I. Not.*

A la vérité, nous n'avions point adressé à la S. Inquisition de demande formelle ; mais, à la suite de causes pour lesquelles nous avions dû solliciter dispense des prescriptions de la Constitution *Dei miseratione*, nous avions adressé une lettre privée, dans laquelle nous appelions l'attention sur la multiplication des causes de ce genre, qui allait fatalement résulter en France de la loi du divorce... Nous croyons cette lettre bien résumée au commencement du numéro 33 de la Dissertation publiée dans la *Revue* (1).

Quoi qu'il en soit, le document ci-dessus nous parut bien réellement un indult particulier, délivré sur notre demande ; et nous ne pouvions pas y voir autre chose. En effet, on y

(1) T. XX, p. 632.

parle positivement d'une faculté sollicitée par nous : *Vicarius Tuus Generalis supplex adibat Supremam hanc Congregationem pro facultate ferendi definitivam sententiam...* etc., d'une faculté demandée au Saint-Père : *Supplicandum SSmo pro facultate procedendi...* etc., et enfin accordée par celui-ci : *Sanctitas Sua... benigne concessit petitam facultatem.* Le texte, il est vrai, ne porte pas expressément que cette faculté est accordée à l'Évêque d'Angoulême seul; mais il est de règle qu'une faculté en dehors du droit commun, ne vaut que pour celui qui la demande.

Il y a eu un progrès depuis, et nous trouvons la première trace du changement dans une réponse donnée à Mgr l'Évêque de Fort-Wayne, en date du 20 mars 1889. En voici le texte, nous l'empruntons à la nouvelle édition du bel ouvrage de Mgr Feije, qui l'a lui-même trouvé dans les *Archives* du Docteur Vering.

Episcopus Waine-Castrensis quam humillime petit solutionem casus sequentis :

In Fœderatis Americæ Septentrionalis Provinciis non raro evenit aliquos ad fidem catholicam convertere, qui antea matrimonio civili cum aliqua juncti erant (1), et postea divortium civile obtinuerunt vel inire intendunt. Certe prima quæstio solvenda est : eratne primum matrimonium validum tanquam contractus vel tanquam sacramentum? Posito tamen quod ex documentis et probationibus certis, a curia episcopali et defensore matrimonii admissis, constat primum matrimonium vel propter bigamiam alterius partis, vel propter cultus disparitatem fuisse certo nullum, requiriturne appellatio defensoris et judicium in

(1) Il ne faut pas oublier que, d'après les Actes du Concile plénier de Baltimore, le décret de Trente n'est pas en vigueur dans le diocèse de Fort-Waine. (V. *Nouv. Revue Théol.*, XVIII, p. 554.)

secunda instantia a Benedicto XIV præscriptum in casibus de nullitate matrimonii in facie Ecclesiæ initi? An sufficit certo constare primum matrimonium fuisse absolute nullum, ita ut nulla requiratur secunda instantia et judicium? Non est casus Apostoli, quia hic supponit matrimonium validum tanquam contractum. Non est sanatio primi matrimonii; hoc non desiderant, nec communiter possibile est.

Le Saint-Office a répondu le mercredi 20 mars 1889 :

Dummodo per processum saltem extrajudicialem certo constet de nullitate matrimonii ob præexistens dirimens impedimentum evidenter comprobatum, negative.

Cette réponse, disons-nous, est un progrès : c'est, en effet, la solution d'un doute, qui peut se rencontrer ailleurs que dans le territoire soumis à la juridiction de l'Évêque de Fort-Waine, et la réponse ne suppose nullement qu'une faculté spéciale soit accordée à celui-ci. C'est donc une réponse applicable dans tous les cas semblables ; du moins il faudrait, nous semble-t-il, faire violence au texte pour y voir autre chose.

Mais une autre décision est plus probante encore. S. E. le Cardinal Archevêque de Paris, ayant eu connaissance de cette décision, s'empressa de demander au Saint-Siège si elle pouvait être prise pour règle dans les cas semblables. Voici la réponse de la S. Inquisition ; nous l'empruntons au *Canoniste contemporain* (1).

Eme ac Rme Domine mi Observantissime,

Die 12 Januarii decurrentis anni, Eminentia Tua, dum Romæ degeret, sequens proposuit dubium :

Suprema Congregatio, mense Martio 1888, ad Episcopum

1) T. XIII, p. 224.

Waicastren. in Statibus Unitis Americæ, interrogantem utrum in processibus matrimonialibus Defensor vinculi teneretur provocare secundam sententiam appellando a prima, quando nullitas matrimonii evidens est, v. g., ob impedimentum ligaminis, cognationis, etc., respondit : « Negative, dummodo per processum saltem extrajudicialem certo constet de nullitate matrimonii ob persistens impedimentum evidenter comprobatum. »

Et postulatum a Te fuit utrum hæc responsio habenda sit in futurum ut norma in processibus similibus.

Re delata ad Congregationem Generalem S. O. habitam die 26 currentis mensis, Eminentissimi DD. Cardinales una mecum Inquisitores Generales Eminentiæ Tuæ pro responsione communicandum mandarunt Decretum cujus authenticum exemplum includo.

Interim....

Romæ die 30 Martii 1890.

R. CARD. MONACO.

DECRETUM.

Feria IV, die 3 Junii 1889.

Emi ac Rmi Cardinales Inquisitores Generales decreverunt : Quando agitur de impedimento disparitatis cultus, et evidenter constat unam partem esse baptizatam et alteram non fuisse baptizatam; quando agitur de impedimento ligaminis et certo constat primum conjugem esse legitimum et adhuc vivere; quando denique agitur de consanguinitate aut affinitate ex copula licita, aut etiam de cognatione spirituali, vel de impedimento clandestinitatis in locis ubi decretum Tridentinum *Tametsi* publicatum est, vel uti tale diu (1) observatur; dummodo ex certo et authentico documento, vel, in hujus defectu, ex certis argumentis evidenter constet de existentia hujusmodi impedimentorum Ecclesiæ auctoritate non dispensatorum, hisce in

(1) Le *Canoniste* porte *dici;* nous mettons *diu,* en suivant le texte de Mgr Feije et de Mgr Gasparri.

casibus, prætermissis solemnitatibus in Constitutione Apostolica *Dei Miseratione* requisitis, matrimonium poterit ab Ordinario declarari nullum, cum interventu tamen defensoris vinculi matrimonialis, quin opus sit secunda sententia.

J. Mancini, *S. R. et U. I. Not.*

Un mot d'abord sur la date assignée à la décision de Fort-Waine dans la lettre de S. E. le Cardinal Monaco. On y parle du mois de Mars 1888; ce doit être une faute de copiste : les *Archiv.* du Docteur Vering (t. 67, p. 186) lui assignent la date du 20 mars 1889. Indépendamment de ce fait, cette décision doit être postérieure au décret de septembre 1888, donné pour Angoulême, puisqu'on n'y accorde pas une faculté, mais on résout simplement le cas proposé comme si la faculté n'était pas nécessaire.

Une autre date est à rectifier : c'est la date assignée au Décret communiqué à S. E. le cardinal de Paris. Le *Canoniste contemporain*, porte *le mercredi 3 Juin 1889;* Mgr Feije, Vering, le *Pastoralblatt* de Cologne disent le *mercredi 5;* cette dernière version est la bonne : en 1889, le 5 Juin tombait un mercredi.

Il y a encore une autre différence entre ces Revues. Le *Canoniste* donne ce texte : « Matrimonium poterit *ab Ordinario* declarari nullum, » tandis que tous les autres portent *ab Ordinariis*. Ce pluriel serait bien plus clair, et montrerait jusqu'à l'évidence que le Décret est une réponse de droit commun, dont peuvent se servir tous les Ordinaires.

Quoi qu'il en soit de ces divergences, il nous semble que la solution s'impose : les Ordinaires n'ont pas besoin de solliciter un indult pour s'affranchir des prescriptions de la Bulle *Dei miseratione*, si la nullité est évidente par suite de l'existence d'un des empêchements énumérés dans le Décret.

Si maintenant l'on compare ce Décret de Juin 1889 avec l'indult accordé à Mgr l'Évêque d'Angoulême en septembre de l'année précédente, on n'aura pas de peine à reconnaître que les termes ont été modifiés, mais que le fond est le même. Les mêmes empêchements sont énumérés; seulement le Décret de 1889 exprime avec plus de clarté les cas dans lesquels la S. Congrégation admet sans difficulté que la nullité ou la validité puissent être évidentes et ne pas demander de discussion. Le pouvoir accordé est le même aussi; l'Ordinaire est autorisé à négliger les prescriptions de la Bulle *Dei miseratione*, pourvu qu'il ait la preuve de la nullité par des documents authentiques ou au moins par des preuves certaines, même extrajudiciaires, et alors une seule sentence suffit; seulement l'intervention du défenseur du mariage reste toujours nécessaire.

Si les deux documents sont les mêmes pour le fond, on nous demandera sans aucun doute pourquoi le premier a été accordé sous forme d'indult, comme une dispense du droit établi par la Constitution *Dei miseratione*, tandis que le second a toutes les formes, non d'une dispense accordée à un Ordinaire sur sa demande, mais d'une solution donnée à un doute, et susceptible d'être appliquée par tous les Ordinaires sans nouveau recours au Saint-Siège.

Nous avouons que cette difficulté nous a retenu longtemps, et que nous avons différé la publication du Décret dans l'attente de documents nouveaux, propres à nous éclairer. Ne connaissant point la décision rendue pour Mgr l'Évêque de Fort-Waine, nous restions persuadé que le Décret de Juin 1889 était, comme celui de Septembre 1888, une dispense soustrayant certains cas plus faciles aux prescriptions de la Constitution *Dei miseratione;* nous croyions que le Saint-Office avait arrêté en 1889 d'une manière définitive les termes de la dispense à accorder, et

que depuis lors on communiquait le Décret dans ces termes à tout Ordinaire qui en faisait la demande. Nous nous disions qu'il ne pouvait pas en être autrement : toujours persuadé, par la teneur même de l'indult d'Angoulême, qu'il s'agissait d'une véritable dispense, nous voyions, dans la décision, la communication d'une faculté à tous les Ordinaires, et une dérogation à la Constitution *Dei miseratione;* et cette dérogation ne nous paraissait possible qu'à la condition d'être promulguée. Nous restions donc persuadé que c'était aller trop loin que de trouver dans ce Décret une règle à suivre pour tous les Ordinaires, sans aucun recours au Saint-Siège (1).

Du moment que le Décret de Juin 1889 n'est pas seul, et qu'il a été précédé par la décision de Fort-Waine qui est dans le même sens, nous nous trompions. Sans doute on y a mieux précisé les cas plus faciles dans lesquels un Ordinaire peut avoir une certitude complète de la validité ou de la nullité d'un mariage ; mais il faut voir, dans ce Décret, non pas tant une dérogation à la Constitution *Dei miseratione*, qu'une interprétation authentique de cette Constitution. La S. Congrégation, en examinant de plus près la difficulté, est revenue sur sa décision de Septembre 1888 et a cessé de considérer les formes prescrites par Benoît XIV comme obligatoires dans les cas dont il s'agit ; elle a pensé dès lors qu'un indult proprement dit n'était pas nécessaire, mais qu'il s'agissait plutôt d'une interprétation de la loi. Et, comme il

(1) Nous faisons remarquer que les termes employés en Septembre 1888 et en Mars 1889 pour notifier le décret sont identiques : *sequens decretum communicandum mandarunt.* Nous y voyions la confirmation de notre sentiment, à savoir que les termes de la faculté étaient arrêtés à l'avance, qu'on était résolu à accorder la dispense à tout Ordinaire qui en ferait la demande, mais que chaque Ordinaire devait faire cette demande et attendre la communication du décret.

lui appartient d'interpréter authentiquement les lois, elle a donné, avec l'approbation du Souverain Pontife, cette interprétation.

Infirmatur graviter Bertha apud Caium virum divitem et cælibem, qui eam cum magno viciniæ scandalo non tam ut famulam, prout asserebat, sed potius tamquam concubinam domi retinet. Vocatur Titius parochus, qui pluries eos ab invicem separare frustra curaverat, ut statim ad infirmam viaticum deferat. Stupens domum Berthæ petit, eamque primo interrogat, utrum jam confessa fuisset. Exhibetur ab ipso viro, qui prope lectum ad latus infirmæ adstabat, schedula confessionis peractæ apud presbyterum, qui non optima penes Superiores gaudebat fama. Rogat Titius adstantes, ut paulisper recedant. Renuit herus et simul respondet infirma, se hoc unum quærere ut viaticum statim recipiat. Tunc parochus gravi sermone eos sciscitatur, utrum confessarius aliquid ad publici scandali reparationem præscripserit. Nil respondent herus et mulier subridentes. Curat parochus, ut Caius, durante saltem mortis periculo, domo discedat, sed frustra. Inde conversus ad Bertham eam adprecatur, ut ad id consilii virum adducat. Sed illa : « ex hoc judicia vulgi confirmabuntur. » Subjungit parochus indignabundus : « et ego viaticum non deferam ; » et his dictis discedit.

Post aliquot horas accurrit ad parochum famulus rogans, ut celeriter ad Bertham, jam jam morientem, viaticum deferat. Dum Titius in eo est, ut Berthæ domum ingrediatur, admonetur eam jam mortuam esse. Quo audito ad Ecclesiam cum SS. Sacramento revertitur.

Quæritur :

1° *Quid de obligatione denegandi Sacramenta indignis petentibus?*

2° *Utrum bene se gesserit parochus, negando prius et postea viaticum deferendo?*

3° *Quid ab eo modo agendum?*

VIII.

DE SIMULATIONE SACRAMENTORUM.

Die 2 Aprilis 1894 hora 17 (5 pom.)

Titius parochus excipiens confessionem duorum, qui mox matrimonium contracturi erant, accipit a viro, eum pluries et præcedenti etiam nocte cum sponsa lethaliter peccasse; itemque gravem pecuniæ summam esse furatum, quam tamen se restituturum saltem promittere recusat. Eum utpote absolutione indignum hortatur parochus, ut a communione abstineat; sed frustra. Itaque conveniunt de particula consecrata illius ori tantum admovenda et in pyxidem statim reponenda; quod reapse peractum est. Facto crucis signo, ut moris est, sponsum inabsolutum Titius dimittit.

Excipit deinde parochus confessionem sponsæ quæ de turpibus cum sponso commissis ne verbum habet. Ex habito colloquio Titius novit, eam apud alium non potuisse confiteri. Prudenter hortatur, ut præteritæ vitæ peccata in statu conjugali suscipiendo sincere manifestet; at nihil inde proficit. Quare ne sacrilegium fiat, loco formæ sacramentalis aliquas preces submisse recitat. Insuper in sacro faciendo particulam ab aliis sejunctam minime consecrare intendit eamque præbet sponsæ.

Quæritur :

1° *Quid sit sacramentum simulare?*

2° *An aliquando id liceat?*

3° *Quid de parochi agendi ratione quoad singula, prout in casu?*

IX.

DE INTENTIONE SUSCIPIENTIS SACRAMENTA.

Die 16 Aprilis 1894 hora 17 1/4 (5 1/4 pom.)

Titius alienigena, dum in publico hospitio diversatur, improviso morbo correptus, in proximo vitæ periculo constituitur.

Advocatus parochus, dum in eo est, ut illi sensibus jam destituto absolutionem impertiatur, eum esse religione hebræum ab infirmi amico, qui inopinato adest, edocetur. Qui simul testatur, Titium nihilominus de religione christiana bene sentire ; imo et eumdem exclamantem non semel audivisse : « baptismum libenter reciperem, si patris indignationem non metuerem. » His auditis, parochus illi baptismum confert.

Paulo post infirmus ad sensus redit et certior factus de baptismi collatione, eam ratam habet. Compositis deinde cum patre negotiis, coram parocho se catholicum proclamat. Verum parochus modo dubitat, an Titius sit rebaptizandus. Hinc a theologo quærit :

1° *An et quæ intentio requiratur in suscipiente ad valide sacramenta recipienda ?*

2° *An Titius fuerit valide baptizatus ?*

3° *Quid sibi modo agendum ?*

De Sacramento Baptismi.

X.

DE MATERIA ET FORMA BAPTISMI.

Die 30 Aprilis 1894 hora 17 1/2 (5 1/2 pom.)

Moratur in pauperrimo quodam pago unus presbyter Titius, qui parochi officio fungitur. Ad hunc baptizandus affertur infans nuper natus et in gravi moriendi periculo constitutus. In aperiendo fonte baptismali animadvertit Titius, parvam aquæ copiam ibi reliquam esse, eamque, quamvis adhuc liquidam, ingratum tamen odorem exhalare. Rem considerans judicat, tutius esse in conferendo baptismo uti aqua naturali non benedicta, sed integra, quam benedicta, quæ tamen corrupta sit. Id omnino licere in gravi mortis periculo existimans, aquam puram non benedictam super caput infantis fundit.

Et quoniam idem Titius conscientia scrupulosa laborat et,

quoties baptismum administrat vehementer timet, ne intentione ad sacramentum conferendum necessaria careat, ideo dum fundit aquam hac utitur forma : « Ego volo tibi sacramentum baptismi a Christo instituti conferre in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. »

Quæritur :

1° *Quæ sit baptismi legitima materia et forma?*

2° *An valide Titius infantem baptizaverit?*

3° *Quid censendum de illius judicandi et agendi ratione?*

XI.

DE MINISTRO BAPTISMI.

Die 21 Maii 1894 hora 17 3/4 (5 3/4 pom.)

Titius parochus, celebrata missa et absolutis horis canonicis, cumque nullum habeat in parœcia graviter infirmum, cui opem ferre debeat, animi recreandi causa, domo egreditur ad venationem, quam in deliciis habet. Interim in Ecclesiam infans affertur ad baptizandum. Absente parocho Caius senex ædituus, cum nullus alius esset sacerdos, vocat illius nepotem, qui theologiæ operam dabat et diaconatus ordine insignitus erat. Hic ratus rem gratam se facturum suo patruo, ex præsumpta ejus licentia ad Ecclesiam se confert et conspecto infante : « O bellum pupulum, ait, hunc ego baptizabo. » Sine mora solemni ritu et omnibus cæremoniis juxta ritualis præscriptum servatis, baptizat, quin tamen intentionem eliciat, dicens : « Baptizo te in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti et B. V. Mariæ. »

Cum ædituus, qui adstabat, animadvertisset illum non iisdem prorsus verbis, quibus parochus utebatur, baptismum contulisse, eumdem parochum vix domum reversum de tota re admonet. Qui audita ratione, qua nepos formam mutaverat, puerum denuo sub conditione baptizat.

Quæritur :

1° *Quinam sit legitimus baptismi minister?*

2° *An diaconus licite baptizaverit?*

3° *An valide?*

4° *Utrum parochus baptismum sub conditione recte iteraverit?*

XII.

DE SUBJECTO BAPTISMI.

Die 4 Junii 1894 hora 18 (6 pom.)

Titius, fervens catholicus, cujusdam judæi ingressus domum, quam frequenter adire ratione suæ artis consueverat, reperit infantem graviter ob variolas decumbentem, cui sola aderat Rebecca soror quinquennis. Titius cernens infantem jam jam moriturum, zelo incensus sumpta aqua illi confert baptismum : quo accepto, moritur puer. Adstans Rebecca ab eo curiose postulat, quid tandem hoc esset, quod ipse fratri suo præstiterat. Reponit Titius : « baptismum ei dedi, quo in æternum salvus erit et sine quo tu, pater et mater tua æterno igne comburemini. » Illico Rebecca : « quæso, baptiza etiam me. » Titius gaudens eam quoque baptizat, adjecta conditione, si christiane esset educanda.

Haud multo post idem Titius rescit, puerum quemdam jam septennem adhuc non recepisse baptismum ob parentum impietatem, qui, in fide catholica nati et educati, eidem deinde valedixerant. Hunc puerum quadam die advocat et strophiolo bene madefacto ejus frontem, quasi maculam abstergat, abluit, simulque baptismi formam pronuntiat. Data occasione omnia hæc a se gesta parocho narrat, qui rei gravitate perculsus secum quærit :

1° *An recte baptizentur filii infidelium parentibus invitis?*

2° *An idem dicendum de catholicorum filiis?*

3° *Utrum Titius in casu, de quibus in casu, licite et valide baptizaverit?*

4° *Quid sibi modo agendum?*

XIII.

DE NOMINIBUS IMPONENDIS ET DE PATRINIS ADHIBENDIS IN BAPTISMO.

Die 18 Junii 1894 hora 18 1/4 (6 1/4 pom.)

Titius infantulum sibi recenter natum baptizandum Caio parocho offert, qui a patre petit, quo nomine eum appellare velit et quem in patrinum selegerit. Quod ad primum attinet, Titius nomen pronuntiat impii cujusdam viri, qui præcipuus Ecclesiæ hostis fuit. Iram compescens Caius, patrem admonet, nonnisi nomina sanctorum, quæ in martyrologio describuntur, baptizandis imponenda esse. Verum Titius alte protestatur, se reducturum domum infantem, nec in posterum baptizaturum, si parochus nomen jam prolatum respuat.

Ad munus vero patrini obeundum se sistit vir quidam nobilis, sed religione schismaticus, a patre designatus et Caio bene notus. Hic non audet eum, prout deberet, repellere; tum quia non tam facile hanc repulsam ille pateretur, tum etiam ne nova inducatur contentionis occasio cum Titio. Bono fato Caius videt adstantem optimum catholicum, quem invitat, ut alterius patrini officio fungatur. Hic morem parocho gerit et accedens infantem manu tenet, dum alter rituum Ecclesiæ Romanæ ignarus mere adsistit ut testis, quin puerum tangat. In baptismo autem conferendo parochus infantem compellat nomine a patre designato, addito tamen submissa voce nomine cujusdam sancti.

Quæritur :

1° *A quonam patrini sint designandi et qui ad hujusmodi officium assumi nequeant?*

2° *Quæ nomina baptizandis imponi, quæ rejici debeant?*

3° *Quisnam ex duobus, de quibus in casu, ut patrinus sit habendus?*

4° *Utrum parochus in omnibus recte se gesserit?*

L'AUTHENTICITÉ DE LA VULGATE.

Suite (1).

6° Argument : *Enseignement des auteurs.*

« Inter veteres multos (theologos) quos consului, dit Franzelin, *nullum* inveni, qui *expresse dixerit vel indicaverit*, vi decreti non esse determinatam vulgatæ authentiam in textibus hujusmodi per se dogmaticis (2); » et il ajoute cette conclusion sévère que A. S. signale à notre attention : *In re autem tam gravi a doctrina et interpretatione communi non est recedendum.* C'est le second argument de nos adversaires.

Il est évident que, dans une question aussi importante, il ne faut pas s'écarter de la doctrine commune; mais il s'en faut que la thèse de Franzelin représente le sentiment unanime des auteurs.

Et d'abord, le docte théologien nous semble se méprendre singulièrement, lorsqu'il en appelle aux auteurs qui soutiennent simplement « non esse contra decretum, si *in minimis* quibusdam error in Vulgata esse dicatur. » Car, de même que ces auteurs admettent des erreurs *réelles* dans les passages non dogmatiques de la Vulgate, et non seulement des erreurs de leçon ou de traduction, ainsi aussi ils semblent vouloir nier seulement que la Vulgate contienne des erreurs *réelles* dans les endroits dogmatiques. C'est

(1) Voir t. xxv, page 428 et suiv.
(2) *Op. cit.* pag. 543.

pour avoir négligé cette distinction entre erreurs *réelles* et erreurs *de leçon ou de version*, que Franzelin et son disciple ont été amenés à se prévaloir de l'enseignement unanime des anciens auteurs. En effet, ceux-ci étaient tous d'accord que la Vulgate était exempte *de toute erreur réelle concernant la foi et les mœurs*. La grande question qui les divisait, c'était de savoir si elle était même sans aucune *erreur inoffensive à ce double point de vue*. La plupart des théologiens espagnols tenaient l'affirmative; les autres soutenaient l'opinion contraire. Or, nous regardons comme inoffensive la présence dans la Vulgate de certains passages dogmatiques douteux ou apocryphes, mais parfaitement orthodoxes.

En second lieu, nous invoquons à l'appui de notre opinion l'enseignement des auteurs qui soutiennent que *rien de nouveau* n'a été déterminé par le Décret de Trente, que le Concile *n'a nullement voulu préférer la Vulgate aux originaux*, et qu'il a déclaré la Vulgate authentique, *dans ce sens seulement, qu'elle est sans aucune erreur dogmatique*.

Voici une liste assez longue d'auteurs favorables à notre thèse :

Les *cardinaux-légats*, présidents du Concile, répondirent en ces termes aux observations de la Congrégation romaine des cardinaux et théologiens (1) : « L'édition dont s'est servi l'Église romaine est la plus sûre, comme étant celle qui ne fut jamais accusée d'hérésie... Tous les prélats du Concile ont voulu insérer dans le Décret l'approbation de la Vulgate, qui ne fut jamais suspecte d'hérésie, considération capitale quand il s'agit des livres saints (2)... »

(1) V. Vercellone, *Revue catholique*. an. 1866, pag. 649 et 651.

(2) Franzelin nous fait observer qu'à Rome et à Trente on était d'accord

Vercellone ajoute la remarque suivante : « Ils (les Card.-Légats) savaient que l'édition pouvait au préalable être reconnue pour authentique, principalement parce qu'elle était *au-dessus de toute suspicion d'hérésie, et que ses imperfections ne causaient aucun dommage à la foi* (1). »

Ecoutons « Doctissimum *Andream Vegam*, qui aderat ea tempestate in Concilio, quique, tametsi inter theologos consiliarios, non vero inter Patres suffragium ferentes recensetur, fuit tamen magna cum opinione sapientiæ auditus (2). »

Voici ses propres paroles :

Eatenus voluit (Synodus) eam (Vulgatam) authenticam haberi, *ut certum omnibus esset nullo eam fœdatam errore, ex quo perniciosum aliquod dogma in fide et moribus colligi posset,* atque adeo adjecit : Ne quis illam quovis prætextu rejicere auderet. *Et hanc fuisse mentem Synodi, neque quidquam amplius statuere voluisse* ex verbis ipsis et ex aliis consuetis approbationibus Concilii potes colligere. *Et ne dubites de his,* verissime possum tibi allegare amplissimum et observantissimum *Sanctæ Crucis Cardinalem... qui illi sessioni et aliis omnibus præfuit,* ac pridie quidem quam illud decretum firmaretur, ac postea non opinor semel *mihi testatus est, nihil amplius voluisse Patres firmare.* Itaque nec tu, nec quispiam alius propter hanc approbationem vulgatæ editionis impeditur, quominus ubi hæsitaverit ad fontes recurrat, et in medium proferat quidquid habere potuerit, quo juventur et locupletentur Latini, et vulgatam editionem ab erroribus repurgent, et quæ sensui Spiritus Sancti et ipsis fontibus sunt magis consentanea assequantur (3).

pour reconnaître que la Vulgate était sans erreurs *dove importa alla fede.* Nous prions le lecteur de se rappeler la distinction que nous avons faite plus haut entre *erreurs doctrinales et erreurs de leçon ou de traduction.*

(1) *Loc. cit.* pag. 652.

(2) Pallavicini, *Op. cit.* Lib. VI, cap. XVII, n. 10.

(3) V. Migne, *Scripturæ Sacræ cursus completus*, Tom. I, page 669.

Didacus Payva d'Andrada, théologien du Concile, approuve et confirme l'opinion de Vega : « Vir eruditissimus, frater And. Vega, qui Concilio Trid. sub Paulo III maxima cum laude interfuit, multis confirmatur (1). »

Driedo exprime clairement la même opinion :

Apostolica Sedes editionem Hieronymi vel approbavit, vel acceptavit : non tamquam penitus sic consonam Scripturis editionem in suo fonte, et in omnibus sic integram, puram ac restitutam, ut non liceat ulli vel examinare illam, collatione facta ad suum fontem, vel in locis quibusdam dubitare, si forsitan Hieronymus sit assecutus verum Scripturæ sensum : sed tamquam omnibus editionibus tunc factis præferendam, et in regulis fidei ac morum nusquam deviam, et tamquam talem, quæ publice legatur et recipiatur in usum : quæ et ad Scripturas in suo fonte diligenter collata, nihil contineat subdole vel adjectum vel immutatum. Sed non propter hoc Hieronymus ut Propheta vel Evangelista est habendus : qui in vertendis sacris litteris... nonnulla dubitando transtulit, non condemnans sensum aliorum interpretum aliter sententium.... Neque turpis est lapsus, neque pudendus est error ejus, qui ex Scriptura, quam recipit Ecclesia, ambigue vel obscure positam, docet veram, sanctam et catholicam sententiam, etiam per Scripturæ auctorem in illo forsitan loco non designatam. Unde aliud significamus dicentes, editionem nostram esse falsam : aliud dicentes eam non esse recte translatam et traductam. Stat enim, *sententiam*, in quam Latinus interpres vertit, esse *veram, et tamen in suo fonte, ex quo est versa, non significatam*, interprete seipsum fallente, propter linguæ imperitiam aut inconsiderantiam (2).

« Scripsit hoc ille, *dit Serarius*, cum superstes adhuc esset Cardinalis ille (Cervinus), possetque de re tota interrogari : imo hic est ille ipse, qui postea anno 1555 inter Trid. sess. 16 et 17 Pontifex Max. vocatus Marcellus II. » *Proleg. Bibli.* Cap. XIX, q. 11.

(1) *Defensio Concilii Trid.*, Lib. IV, fol. 547-257.

(2) *De ecclesiasticis scripturis et dogmatibus*, Lib. II, pag. 42.

« A mon avis, *dit Vercellone*, personne n'a plus justement signalé le véritable état de la question que le savant *Guillaume Sirlet*, plus tard Cardinal. Répondant aux théologiens qui censuraient à Rome la teneur du Décret, il fait cette remarque judicieuse : « Les mots *qui legi consueverunt*, disait-il, me paraissent tout expliquer ; il est entendu que rien de nouveau n'a été déterminé (1). »

Ravesteyn affirme également notre opinion : « Non vetant patres, ut vetus et vulgata editio latina diligenter ab explanatoribus cum fontibus conferatur, et si quid certa ratione comperiatur cum fontibus non satis quadrare, id commodius ac magis proprie, *aut etiam magis vere explanare et transferre* (2). »

De même *Lindanus*, Belga doctissimus, comme l'appelle Mariana :

Quas modo aggredimur locorum Sacræ Scripturæ classes, clarius necessarium linguarum hebraicæ atque græcæ commonstrant usum : ut enim emendata pura puta atque certa constet Scripturæ lectio, at sensum tamen nondum habet semper apertum ac cuivis obvium, et si obvium aliquando, non tamen certum et indubitatum. Proinde hunc ex fontibus esse hauriendum aut illustriorem, aut pleniorem, aut denique *veriorem* ipsa nos sæpenumero res cogit (3).

Melchior Cano :

Ad aliud argumentum... breviter respondetur, eum locum ex priori epistola ad Corinthios (15, 51) bifariam apud Græcos legi,

(1) *Loc. cit.* page 653. Observons avec Pallavicin (*Op. cit.*, Lib. VI, cap. XVII, n. 3) que « Cervinus... consulebat singulis diebus super iis quæ ad intelligentiam Græcæ linguæ spectabant, Guillelmum Sirletum, » et que, par conséquent, Sirlet était en mesure de prendre sur cette question des renseignements exacts chez le Président même du Concile.

(2) *Pro Concilio Trid. apologia*, Part. I, pag. 99.

(3) *De vitiis editionis vulgatæ*, cap. 10.

et ut Vulgata habet editio : (*omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur*), et in hunc modum : (*omnes quidem non dormiemus, sed omnes immutabimur*)... Neutra autem lectio a viris Ecclesiæ reprobata est. Quin admonuere semper, lectionem dubiam et variam esse ; nec alterutram ex eis ut certam et exploratam amplexi sunt. *Neutram igitur lectionem recipere cogimur, quia neutram partem doctores Ecclesiæ tamquam exploratam et catholicam asseruere. Quod idem in alia particula qualibet latinæ editionis fieret, si idem penitus contigisset. At ubi doctores catholici unam et eamdem lectionem sine varietate tenuerunt, nec ancipitem assertionis libravere sententiam, nobis non licet latinam editionem in quæstionem vertere* (1).

Il nous serait impossible de formuler plus nettement l'opinion que nous défendons. « Cependant, *objecte A. S.*, il paraît étrange que ce savant théologien se soit contredit d'une manière si flagrante, puisque, dans le chapitre précédent, il prouve clairement et nettement l'opinion commune. »

Nous admettons que Cano prouve clairement et nettement l'opinion commune, que la Vulgate est une version sûre dans tous les passages qui regardent la foi ou les mœurs ; mais il est bien loin de prouver clairement et nettement l'opinion de notre adversaire, et de la proposer comme l'opinion commune. Pour s'en convaincre il suffit de lire sans préjugé les chapitres 12 et 13. Pourquoi donc ne pas permettre à l'éminent théologien ce qu'on pardonne si volontiers aux probabilioristes et aux équiprobabilistes, c'est-à-dire, de rabattre quelque peu, dans la pratique, de la sévérité de ses principes, voir même de se rallier dans une certaine mesure à la théorie de ses adversaires, au risque de se trouver peu d'accord avec lui-même? Tel est l'empire de la vérité sur un esprit droit, qu'elle le contraint de reculer devant les dernières conséquences d'un faux principe.

(1) *De locis theologicis*, Lib. II, cap. 14, n. 12.

Génébrard : « Verum nihil ad Vulgatam (novæ scil. illæ editiones) quæ fere mentem et sententiam assequitur, etiam illis locis, quibus videtur ab Hebraica vel Græca veritate discedere, et minus sæpe aberrat a suo archetypo ; et *cum id facit, res momenti est levioris, quam ut inde hæresis vel absurda opinio efformari queat* (1). »

Sixte de Sienne :

Non tamen ex his (erratis) sequitur, Ecclesiam usque in hanc diem non habuisse veram, sinceram, integram ac fidelem novi Testamenti editionem : quia etsi in ea ejusmodi errata inveniantur, certum est tamen, neque in veteri, neque in nova editione aliquid unquam inventum esse, quod fuerit vel a veritate christianæ fidei devium, falsumve ac mendax, vel contrarium dogmatibus ac regulis orthodoxis, vel præter veritatem additum, vel contra veritatem mutatum, vel in præjudicium veritatis omissum, vel adeo depravatum, ut occasionem perniciose errandi attulerit, vel hæresibus, ac pravis dogmatibus materiam ac fomenta præstiterit, vel ita obscure, et ambigue versum, ut mysteria nostræ fidei occultaverit, aut non ad sufficientiam, et quantum satis est ad salutem, explicaverit. Quos tamen errores, mendas ac depravationes Divus Hieronymus in veteri editione novi Testamenti se consulto reliquisse testatus est, et Ecclesia similiter in nova editione ex professo reliquit, non quia tot eruditissimi, ac sanctissimi Ecclesiæ Patres ea errata vel non agnoverint, vel approbaverint, sed quia ad ea dissimulanda justis se causis impelli viderint, etc. (2).

A la page suivante, il conclut : « Temerarium igitur est, imo plane hæreticum, propter leves quosdam defectus, qui in vulgata editione, *citra ullum fidei ac morum detrimentum* reperiuntur, eam spernere, et abjicere novas-

(1) *Præfatio in Origenem.*
(2) *Bibliotheca sancta,* Lib. VIII, pag. 676.

que et profanas in locum ejus hæreticorum translationes introducere. »

Sanderus :

Tridentina Synodus neque Hebræos codices, neque Græcos contemnens, sed utrosque in sua fide et auctoritate relinquens, nec tamen quam incorrupte servati sint definiens, id unum recte decernit, vulgatam editionem et veterem, quæ longo tot sæculorum usu in ipsa Ecclesia probata est, ex omnibus Latinis editionibus pro authentica habendam esse... Quo decreto nec fontes consulere vel Hebræorum, vel Græcorum codicum (quod quidam secus, et id prave intellexerunt), nec etiam vetamur id inde repetere, quod utilitatem Ecclesiæ Dei afferre queat. Denique nec ipsam veterem editionem a mendis purgare, et suæ veritati restituere prohibemur. *Tantum salva sit fides catholica, contemptusque absit :* et sane deprehendes, nullam scientiam, quæ ædificare Ecclesiam possit, ab Ecclesia Romana contemni (1).

Salmeron : « Licebit itaque nobis salva Concilii authoritate, sive Græci, sive Hebræi exemplaris lectionem variam producere, eamque ut verum Bibliorum textum expendere et enarrare : nec tantum bonos mores per eam ædificare : verum etiam fidei dogmata comprobare et stabilire; atque adeo ab illis sumere efficax argumentum, tamquam ex textu Scripturæ sanctæ (2). »

Mariana défend *ex professo* notre opinion dans sa dissertation : *Pro editione vulgata, c. 21.* Il cite et approuve pleinement Vega, Sixte de Sienne, Lindanus, Cano, et allègue en outre le témoignage si important de *Lainez.*

Nobis idem sciscitantibus Romæ, cum ibi theologicas scholas explicaremus, non aliud responsum (sc. non diversum a responso

(1) *De visibili Monarchia,* Lib. VII, page 621.
(2) *Prolegom. III.*

Cervini) dedit Jacobus Laines, nostri tunc Ordinis Præpositus generalis,... quem honoris causa nominare volui, et quoniam Concilii Tridentini magna pars fuit, quippe cui plurimum a cæteris Patribus deferebatur, et omnibus actionibus interfuit.

Il ajoute :

Possumus etiam auctorum non minori auctoritate et eruditione verba in eamdem sententiam adjungere. Præterea gallos, italos atque germanos scriptores, qui libris de theologia editis non dubitant sæpe editionis vulgatæ vitia accusare, et nostri interpretis oscitantiam : quos grave est universos quasi impios, et de religione male sentientes criminari, præsertim cum validis argumentis eorum sententia fulciatur.

Son opinion revient à ceci, que « in præcipuis tantum religionis capitibus eam (Vulgatam) admittere necesse sit, *eatenus ut nullus perniciosus error neque in fide, neque in moribus in ea contineatur.* »

Adam Contzen : « Libere affirmo versionem latinam nostram ita probatam, ut tamen et græco et hebræis fontibus maneat sua auctoritas, etc. (1). »

Ruggieri, secrétaire apostolique, écrivit à Rome, sous les yeux de Grégoire XIII : « Non damnavit igitur nec explosit (Concilium) hebræas et græcas editiones, quas omnia superiora Concilia amplexa fuisse, atque usu et testimonio commendasse certum est ; sed nec eisdem Vulgatam latinam editionem prætulit, quam solis latinis omnibus anteponendam statuit (2). »

Valverde, l'un des correcteurs de la Vulgate, dans sa supplique adressée à Clément VIII, s'exprime en ces termes : « Multa, Pater Sancte, permisit Ecclesia legi publice, non quod omnino probaret, aut rectius legi non posse statuerit...

(1) *Polit.* Lib. v, cap. 23.
(2) *De scripturis canonicis.*

neque ideo dicenda est errores tolerasse in Bibliis, cum hæc neque sanam fidem neque mores corrumpant. Plura quidem et majora multa toleravit Ecclesia, antequam Hieronymus Biblia emendaret, et nemo Ecclesiæ hoc exprobravit (1). »

Bellarmin :

Alterum ejusdem (Calvini) mendacium est, decrevisse Tridentinos Patres, minime esse audiendos eos qui ex fonte ipso purum liquorem proferunt, et ex certa veritate falsum coarguunt. Hoc ideo mendacium voco, quod nihil ejusmodi in Decreto Concilii legatur. Nec enim Patres fontium ullam mentionem fecerunt, sed solum ex tot latinis versionibus, quæ nunc circumferuntur, unam delegerunt, quam cæteris anteponerent (2).

Et dans une lettre à Lucas de Bruges : « De libello ad me misso, *dit-il*, gratias ago, sed scias velim biblia vulgata non esse a nobis accuratissime castigata; *multa enim de industria justis de causis pertransivimus, quæ correctione indigere videbantur* (3). »

Selon le témoignage de *François Lucas de Bruges*, *Bandinus*, préfet de la typographie du Vatican, écrivit dans le même sens à Moretus, sur l'ordre du Cardinal *Baronius :* « Fateor in Bibliis nonnulla superesse, quæ in melius mutari possent, etc. (4). »

Bonart : « Nemo ergo mihi crimini vertat, si, ut alibi, ita et hic in notis meis advertam ea, quæ aut certo, aut probabilius, omnibus attentis, videbantur mendosa. Haud exiguus est illorum numerus, ut quamquam plura Romano-

(1) V. Vercellone, *Proleg. ad lect. var. Vulgatæ*, tom. I, pag. 67.

(2) *De verbo Dei*, Lib. II, cap. X, n. 14.

(3) *Commentar. in ps. XIII, 3.*

(4) V. *A. C. Deschrevel, Documents relatifs à la biographie de François Lucas*, où l'on trouve *in extenso* la lettre de Bandinus à Moretus, n. 51, p. 73.

rum correctorum opera sublata sint, fatendum tamen sit, haud pauca emendanda superesse (1). »

Flaminius Nobilius : « Concludit Flaminius Nobilius, qui fuit unus de Romanis correctoribus sub Sixto V et Gregorio XIV, in Notis suis ad c. II Eccli., quod vel Latini pleniora exemplaria habuerint, vel jam pridem sit cum hic Liber cœpit infarciri (2). »

Jansenius de Gand : « Originalia græca in multis locis pauciora habent verba quam nostra lectio, in qua partim ab interprete, partim ab aliis ex aliorum versionibus, videntur addita, non solum verba, sed *etiam integræ sententiæ*, explicationis gratia (3). »

Ajoutons un autre passage du même exégète : « Ut bene indicat S. Hieronymus, *non* est existimandum D. Paulum *ex hoc psalmo XIII* desumpsisse hos versus in Epist. ad Rom. : sed... quidam ex D. Paulo huc totam ejus citationem transtulerunt... Nec tamen temere loco suo movendi sunt, *sed* ob antiquissimam lectionis consuetudinem, quæ tempora D. Hieronymi et Augustini præcessit, *retinendi sunt* (4). »

En effet, il n'appartient qu'à l'Église d'apporter des changements à une version officielle de l'Écriture.

Suarez, selon A. S., exprime clairement son opinion sur la Vulgate : « Illa particula, *pro authentica habeatur*, dit le célèbre théologien, habet hanc vim, ut *habeat infallibilem authoritatem, et sit certa regula fidei in omnibus quæ continet...* Quocirca admitti quidem possunt *variæ lectiones, et varii sensus*, ex aliis linguis : non vero aliquid, quod dictæ editioni *contrarium sit* (5). »

(1) V. Smits, *Prolegomena in Ecclesiasticum*, n. 120.
(2) V. Smits, *Ibid.* n. 123. (3) *Comment. in Ecclesiasticum*, I, 1.
(4) *Comment. in Psalm.* XIII, 3.
(5) *De virtutibus theologicis*, Disp. V, Sect. III, n. 10.

Tous les théologiens sont d'accord avec Suarez, que la Vulgate est une règle de foi sûre et infaillible dans tout ce qu'elle contient, et qu'il n'est pas permis d'adopter une leçon ou un sens dogmatique *contraire* à cette version; car la Vulgate est sans erreurs doctrinales. Nous souscrivons également à la doctrine de Suarez lorsqu'il dit : « Admitti possunt *variæ lectiones*, et *varii sensus, ex aliis linguis*, » et nous concluons de ces paroles qu'au sens de Suarez, le Concile n'a pas entendu définir l'authenticité de tous les passages dogmatiques de la Vulgate qui étaient auparavant douteux. Cette conclusion se dégage également de la doctrine qu'il professe dans son traité : *De mysteriis Christi, Disp. 50, Sect. 2.* En effet, à propos de la question : *Utrum omnes homines justi resurrecturi sint*, il se demande : *Quam sit certa hæc sententia (affirmans) quam defendimus?* Et il répond avec une mesure digne de sa haute sagesse :

Aliqui putant esse de fide propter testimonium Pauli, etc.... sed *certum est non esse de fide*... quia nulla est in hoc Ecclesiæ definitio, et loca Scripturæ variis modis exponuntur a Patribus (1) qui a generali regula aliquos excipiunt ab actuali morte... Alii dicunt, quamvis nostra sententia non sit de fide, esse tamen ita certam ut contraria *sit temeraria*. Ita Catharinus, I Cor. 15, et idem sentit Sotus, D. 43, qu. 2, art. 4. Sed *non video quo fundamento id asserant*, cum tot ac tanti Patres illam sententiam docuerint, qui non tantum decepti fuerunt (ut alii loquuntur) falsa lectione illius loci I Cor. 15, sed adeo permoti sunt testimonio Pauli I ad Thess. 4, ut Augustin. aliquando dixerit, se non invenire, quomodo possit aliter intelligi. Neque post tempora illorum Patrum nova aliqua ratio, novumve testimonium inventum est, quo hæc veritas magis illustretur, neque

(1) Il n'y a donc que *la Déclaration de l'Eglise* et le *sentiment unanime des Pères* qui réclament la foi des catholiques.

Ecclesiæ authoritas magis in alterutram partem inclinavit. *Quomodo ergo, nisi temere, potest temerarium dici,* quod tanti Patres docuerunt, quodque in Scriptura habet tam apparens fundamentum? Modestius ergo mea sententia loquuntur, qui ab omni censura abstinentes sese posteriorem sententiam probabiliorem, ac simpliciter veram arbitrantur esse. Sic enim loquuti sunt D. Thomas, et antiquiores theologi, et ex recentioribus Canus, 2 de locis, cap. 14, et Sixtus, lib. 6, bibl. annot. 265.

Imitons la modestie de ce grand théologien, et ne soyons pas assez téméraires pour qualifier de téméraire une opinion que l'Église elle-même a toujours respectée. Disons plutôt avec Bannez : « In re tam gravi exspectanda est Ecclesiæ catholicæ censura. »

Notre docte adversaire, pour prouver que Suarez ne confirme pas notre opinion, recourt à l'explication suivante : « Que si Suarez tient que l'opinion qu'il défend ne doit pas être regardée comme un point de foi, malgré le texte de la Vulgate, ce n'est pas parce qu'il regarde le *texte de la Vulgate comme douteux, ou d'une autorité douteuse,* mais parce que *son interprétation est douteuse : Certum est non esse de fide... quia... et loca Scripturæ* (notez *loca* au pluriel; donc *pas le seul* texte : I Cor., 15, 51) *variis modis exponuntur a Patribus.* »

Nous répondons d'abord : notez *loca* au pluriel; donc *aussi* le texte I Cor., 15, 51. Ensuite remarquez que Suarez ne dit pas : « Loca *Vulgatæ* variis modis exponuntur a Patribus, » mais « loca *Scripturæ...* » Donc rien n'empêche qu'il ne regarde le texte *de la Vulgate* comme douteux ou d'une autorité douteuse.

Azor :

Quid si *sensus* hebraicæ vel græcæ lectionis non sit Vulgatæ *contrarius,* sed solum ab ea *diversus?* Respondeo, quotiescumque cum sensu vulgatæ latinæ editionis aliqua ratione stare

potest, eum *a Concilio minime damnari, improbarive* : unde permissum est nobis alios *sensus diversos* quidem, non tamen vulgatæ *contrarios* ex hebraicis codicibus eruere, ad aliorum in vita, et moribus profectum juvandum et promovendum (1).

Serarius énonce les deux propositions suivantes :

I. Quæ a Trid. Conc. versioni vulgatæ tribuitur auctoritas, non est infinite accipienda, sed definite certis cum modificationibus.

II. Modificationes quibuscum nostræ auctoritas versionis accipienda, sunt potissimum quatuor : 1° ut versio hæc sit emendata, vel potius emendatissima ; 2° ut nihil quod veritati, ac fidei, bonisque moribus repugnet, habeat ; 3° nihil item, quod justam ulli opinionis cujuscumque noxiæ aut inutilis occasionem præbeat ; 4° ut in ipso versionis genere bona sit : id est, bene primigenium textum vertat, ejusque sententiam reddat (2).

Observons que Serarius appuye particulièrement sur le témoignage de Vega : « Quia, *dit-il*, theologus gravis ac fide dignus citatus And. Vega... sancte asseverat se ab ipsius Concilii præside S. Crucis Cardinale audivisse crebrius, eam Concilii mentem fuisse, ut id genus cautiones intelligerentur. »

Bonfrerius :

Certum est hac voce (*authentica*) non anteponi versionem nostram fontibus ipsis Hebræis et Græcis, quidquid oblatrent hæretici, cum nulla horum fiat mentio, atque adeo et nulla cum his instituatur comparatio, maxime si de fontibus puris agatur... Hæc vox *authentica* importat non tantum esse fideliorem et sinceriorem quavis alia versione, facta cum illis comparatione, sed etiam absolute et simpliciter esse fidelem et sinceram, quantum moraliter et humano modo fieri potest, hoc est, ut nihil contineat *subdole et fraudulenter* additum, detractum, immutatum, obscure vel ambigue versum ad fidei mysteria

(1) *Instit. moral.*, tom. I, Lib. VIII, cap. 3.

(2) *Prolegom. Biblica*, cap. XIX, qu. II.

occultanda. Eadem vox importat, *nihil in ea versione contineri quod fidei repugnet vel bonis moribus, vel ex quo perniciosus aliquis error nasci posset.* Agnoscunt hæc *plerique doctores* significari voce illa *authentica*, *neque plus* ea volunt significari ; non autem ea voce removeri *omnia errata et leviores defectus, ex quibus nihil detrimenti in fide et moribus nasci potest* (1).

Estius :

Satis, ut arbitror, ostendunt hæc quæ dixi, nequaquam improbabilem esse Græcorum codicum lectionem (*omnes quidem non dormiemus, sed omnes immutabimur*) : imo vero multis modis probabilem : tantum abest ut temeritatis ac proterviæ sit accusandus, qui eam sequatur aut probet : quemadmodum accusat in suo commentario Catharinus, ipse potius inconsiderati ac temerarii in ea re judicii condemnandus... Jam si quæras, quo loco sit habenda eorum opinio, qui, licet non dubitent omnes mortuos resurrecturos esse, *propter ea tamen quæ hic et ad Thessalonicenses ab Apostolo scribuntur*, sentiunt cum Græcis, *non omnes homines esse morituros :* paucis hic respondemus, *in ea sententia nihil esse periculi* (2).

Pallavicin :

In Ecclesia catholica interdictum non est cum altera classe theologorum sentire, *minus arcte* decretum interpretante, utpote nixa ipsius verbis, quæ *simpliciter authenticam* illam versionem appellant, simulque præcipiunt ne illa in concionibus... rejiciatur. Quod sane statuit, ipsi *errores non inesse ad fidem moresque pertinentes;* ac præterea in eadem nec fraudem, nec apertam discrepantiam, ne minimam quidem a divina scriptione, nec ullam cum ipsa repugnantiam contineri (3).

Puis, au chapitre suivant, il invoque l'autorité de Vega, Cano, Andrada, Génébrard, Serra, Bonfrerius, Sixte de

(1) *Prœloquia in Script. S.* cap. XV, sect. 3.
(2) *Comment.* I. Cor. XV, 51.
(3) *Histor. Conc. Trid.* Lib. VI, cap. XVII, n. 9.

Sienne : « Hi profecto, *poursuit-il*, quantum video, haud intendunt, licere ab ea legitima versione recedere, in rebus tametsi nec ad fidem nec ad mores spectantibus, effrænate et pro libidine in quolibet verbo et argumento; sed solum *in iis locis, in quibus catholici doctores haud omnino concordant, nec ab Ecclesia est interdictum*, ut recte disputat quidem recentior. »

Cet auteur plus récent, c'est *Michel de Elizarda* qui, dans son traité : *De forma inquirendæ veræ Religionis, nº 294*, allègue en faveur de son opinion l'usage des auteurs postérieurs au Concile, et la tolérance de l'Église.

Noël Alexandre : « Ideo authentica dicitur, *quia nihil continet fidei et bonis moribus repugnans* : et quia certa est *regula fidei prout ab Ecclesia probata est, et in quantum cum originario textu convenit. Non* sic vero authentica dicitur *quasi fontibus Hebraicis vel Græcis præferenda, aut etiam cœquanda. Latinis* itaque versionibus cæteris *dumtaxat* Vulgatam nostram præfert Synodus Tridentina, relictis textibus originariis eodem in statu quo prius erant (1). »

A Lapide : « In Vulgata versione Ecclesiastici subinde unus idemque versus Græcus, quia ambiguus et plura significans, duobus latinis redditur : aut certe idem versus Græcus latine diversimode redditus, utroque modo, ut plenior esset versio, in Latinam Vulgatam transcriptus est (2). »

Cependant, nous avouons franchement que le docte exégète n'est pas toujours conséquent avec lui-même, et qu'il patronne quelquefois ailleurs l'opinion que nous combattons. Nous le rangeons donc parmi les auteurs timides, qui cèdent tantôt au prestige de la vérité, tantôt à une crainte exagérée de contrevenir aux Décrets de l'Église.

(1) *Dissert. eccles. Trias*, Diss. III, qu. 5.
(2) *In Ecclesiasticum Canon. 20us*.

Dupin défend longuement l'opinion que « le Concile a voulu seulement déclarer que la Vulgate était exempte d'erreurs touchant la foi ou les bonnes mœurs (1). »

Bukentop :

Nulla est in utroque Pontifice (Sixto V et Clem. VIII) repugnantia, nulla in utrisque Bibliis alia credendi, aut agendi Regula, nulla substantialis diversitas, sed accidentalis solummodo (2).

Theologi passim omnes recedunt a singulari, ac prorsus infundata opinione P. Lorca, qui scribit, lib. I, cap. 9, n. 8 : « Est certum, quam certa sunt theologica documenta, Editionem illam (Vulgatam nunc correctam) purissimam esse, et in ea restitutam esse veram lectionem, et omnimodam integritatem, adeo ut si quis defectum veræ lectionis in ea notaret, etiamsi non Interpreti, sed scriptoribus adscriberet, vel aliquam ex his lectionibus, quas correcta hæc rejicit, veriorem esse contenderet, *temerarius et audax* merito censeretur. Hæc, inquam, opinio, multoque magis atrox ista censura, *merito displicet omnibus,* tum propter præmissa, tum quod doctissimos quosque, ipsosque Correctores perstringat, et satis aperte compertæ repugnet veritati (3).

Fromondus : « Græci omnes hodie aliter et contrario modo legunt : *Tradebat autem judicanti juste ;* id est, causam suam et vindictam tradebat in manus Patri suo judici justo... quam Græcorum lectionem multo veriorem Estius et alii existimant (4). »

Tirinus : « Hi tres versus non sunt in hebræo... videntur ex Rom. III, 13, eo translati (5). »

(1) *Dissert. prelim. sur la Bible,* tom. I, Liv. I, chap. VII, § 3.
(2) *Lux de luce,* Lib. III, *Præfatio,* pag. 316.
(3) *Op. cit.* Lib. II, *Præfatio,* page 128.
(4) *Comment. in I Petr.* II, 23.
(5) *In Psalm.* XIII, 3.

Erbermann :

Quisquis impugnat strictiorem et perfectissimam conformitatem inter translationem vulgatam et textum divinum, impugnat unam classem theologorum, et non Ecclesiam catholicam, in qua vetitum non est sequi alteram classem, quæ minus rigorose interpretatur decretum, fundando se in iis verbis, quibus *simpliciter* vocatur authentica, et præcipitur : Ne quis versionem istam in lectionibus... rejiciat. Quo statuitur, *eam esse sine erroribus spectantibus ad fidem et mores*, nec continere vel fraudem vel apertam difformitatem (nec in minima parte textus) vel contradictionem (1).

Bernard Lamy : « Vulgata Latina fontibus Hebræis et Græcis non æquatur, nedum præfertur, per Decretum Concilii, sed tantum aliis versionibus Latinis, relictis textibus originariis in eodem statu quo prius... Visum est Concilio Veterem probare præ ceteris, quam usus probaverat securiorem, nec aliud statutum voluit, etc. (2). »

Calmet : « Inconsulto igitur vitio Patribus illis vertitur ab Ecclesiæ adversariis, quasi Vulgatam originalibus prætulerint. Salmero, qui Concilio interfuit (Proleg. 3) et Pallavicinus, qui ejus historiam intexit, eam fuisse Concilio mentem testantur, ut Vulgatam solam inter versiones latinas probaret, atque *authenticam declararet, utpote quæ nihil fidei, et moribus absonum contineret* (3). »

Smits :

Hæc omnia : *sepulchrum patens*, etc. usque ad v. 4 mendose ex aliis Scripturæ locis congesta sunt (4).

(1) *Vindiciæ Bellarminianæ*, ad Lib. II, cap. 10, *De Verbo Dei*. Il cite ensuite Vega, Cano, etc.

(2) *Apparatus Biblicus*, Lib. II, cap. 11.

(3) *Diction. hist., etc. S. Scripturæ*, V. *Vulgata*.

(4) *Psalterium*, Proleg. I, n. 174.

Ego illis subscribere malim, qui illos vericulos ex Rom. III, 13-18, huc invectos asserunt (1).

Ne te tamen præfata conturbent, christiane lector, quasi repugnarent Concilii Trid. decreto Sess. 4, non modo Psalterium nostrum, sed et totam Vulgatam pro authentica declarantis : *Non enim pugnant leviusculi hujusmodi nævi, et unde nullum in fide et moribus periculum, cum authentia a Tridentino asserta.* Quis alioquin textus esset authenticus ; cum nullus, ut constat ex dictis, a mendis sit immunis? Manet psalterium ; manet, iis non obstantibus, Vulgata, quoad omnes libros, instrumentum Ecclesiæ testimonio infallibili munitum, ut in omnibus, quæ fidem et mores spectant et pro Divinis agnoscit Ecclesia, publicam fidem habeat, nec in dubium revocari possit (2).

Habert : « Sensus hujusce decreti non est nostram Vulgatam esse anteponendam ipsis fontibus Hebraicis et Græcis... Tridentini Concilii decreto significatur, Vulgatam nostram *absolute et simpliciter* esse fidelem et sinceram in iis, quæ pertinent ad fidem et mores, et cæteris Editionibus Latinis præferendam (3). »

Billuart définit nettement l'état de la question, dans son traité : *De auctoritate Vulgatæ editionis, p. 167* : « Omnes conveniunt (Vulgatam) esse authenticam *in iis quæ spectant fidem aut mores, sic quod nihil contineat fidei aut bonis moribus repugnans, ex quo perniciosus error natus sit sequi...* sed *an hic sistat* Editionis vulgatæ authenticitas? *Multi affirmant*, negant alii, voluntque etiam in historicis et aliis esse authenticam, sic quod nihil falsi contineat... *prima sententia videtur communior...* »

Ainsi donc, selon Billuart, l'opinion *la plus commune*

(1) *Comment. in Psalm. XIII.*

(2) *Psalterium*, Proleg. I, n. 175.

(3) *Prolegomena Theologiæ*, p. 19.

était que la Vulgate est *seulement* authentique pour autant qu'elle est sans erreurs dogmatiques.

Daelman : « Dum Vulgata declaratur authentica in omnibus suis partibus ; per *partes* intellige partes aliquas *notabiles*, puta aliquot capita Danielis, Esther, caput ultimum Marci, historiam adulteræ Jo. 8, *quæ ab hæreticis velut apocrypha rejiciebantur*... Non est negandum, quin in illa reperiantur quidam leves errores,... sed *tales sunt, ut ex eis nullus perniciosus error deduci possit* (1). »

De Muis : « Post hunc versum (tertium Psalmi XIII) non leguntur in Hebræo tres versus *(sepulchrum patens... ante oculos eorum)*, qui a Græco et Latino interprete hic inserti sunt ex cap. III, Epist. ad Rom. ubi varia Scripturæ testimonia congerit Apostolus (2). »

Bossuet :

Sepulchrum patens : hæc et sequentia usque ad versum quartum desunt in hebr. et in 70, apud Chrysostomum et Theodoretum. Habet Paulus Rom. III, 13, quem locum commentans D. Hieronymus hic ait, Apostolum ex variis Scripturæ locis hæc texuisse, ac forte ex Epistola huc esse translata (3).

Ipsa Ecclesia catholica dissonantes versiones adeo indifferenter habet, ut cum Psalmo 94 Vulgata legat : *Quadraginta annis offensus fui ;* nos contra in nocturno canamus : *Proximus, diversissimo sensu, sed utrobique sano;* quod exempli loco ponimus ne cum lectoris fastidio omnia persequamur (4).

Bergier : « Le Cardinal Bellarmin a prouvé dans une dissertation que par le Décret du Concile de Trente, il est absolument décidé que la Vulgate ne renferme aucune erreur

(1) *De fide, spe et charitate*, page 119.
(2) *Comment. in Psalm. XIII*, 3.
(3) *In Psalm. XIII*, 3
(4) *Dissert. de Psalmis*, cap. v.

touchant la foi ni les mœurs, qu'elle doit être conservée dans l'usage public des églises et des écoles, comme dans les siècles précédents : il ne s'ensuit pas de là, dit-il, qu'elle ait plus d'autorité que les originaux, ni qu'elle soit exempte de fautes (1) ».

Gabriel Fabricy : « Comme il (le Psautier) était déjà d'un usage universel, et qu'on ne pouvait le changer sans causer quelque confusion dans le service public, l'Église a jugé à propos de le conserver ; parce qu'en le retenant, *il n'y avait rien à craindre pour les mœurs et la foi catholique*, quoiqu'il ne fût pas exempt, et qu'il ne le soit pas même de nos jours, de fautes de copiste et de traducteur (2). »

J. de Azevedo :

Hæc verba (*cum omnibus suis partibus*) quibus Concilium voluit coercere Novatorum licentiam... apposite ad hunc Concilii scopum sunt accipienda ; ita scilicet, quasi voluerit Concilium cogere christianos omnes ad suscipiendos tamquam Scripturam sacram omnes libros, qui in Vulgata continentur, cum omnibus ipsorum capitibus et *singulis partibus notabilibus et substantialibus ; de his enim erat inter catholicos et hæreticos controversia,* sive hæc sint dogmatica sive moralia, sive prophetica sive historica ; non autem quasi voluerit canonizare singulas voces, et minima quælibet quæ magis *particulæ* quam partes dici possunt, *super quibus litem non movebant hæretici* (3).

Liebermann : « Objiciunt II. Non potest authentica haberi ea versio, quæ erroribus scatet innumeris : atqui talis est Vulgata editio, præsertim Concilii Trid. tempore. Ergo... Resp. Dist. Maj. Quæ erroribus scatet *contra fidem et mores*, conc. Quæ errores continet *leviores, et extra*

(1) *Dictionnaire de Theologie*, V. *Vulgate.*

(2) *Des titres primitifs de la Révélation*, tom II, pag. 168.

(3) *Pro Vulgata SS. Bibliorum latina editione*, XVI, Ulyssiponæ, 1792.

fidei et morum materiam, nego. Hæretici nihil hucusque in Vulgata invenerunt, quod fidei aut bonis moribus repugnaret (1). »

Wirceburgenses : « Fatentur (præsides Concilii) Interpretem in nonnullis ab Hebræa lectione discrepare ; cæterum versionem laudant *tutissimam, sed inde dumtaxat, quod tam diuturno tempore illi nunquam hæreseos nota fuerit inusta ; quod idem est, authenticam tantum quoad fidei dogmata asserere* (2). »

Ungarelli : « Profecto nos neque Sixtinam (editionem) omni ex parte absolutam definimus, neque cum hac Clementinam committimus. Etenim, quamquam nulli dubium esse debeat diverso methodo elaboratas ipsas editiones, utraque tamen methodus suo non caret omnino fundamento ; utrique proinde sua laus est ; *præsertim cum nullibi aut fides aut mores in discrimen vocentur* (3). »

Selon *Glaire*, la Vulgate est déclarée authentique en ce sens seulement : « Qu'elle représente la substance de son original, et qu'elle est *exempte de toute faute assez grave et assez importante pour porter atteinte à la foi et aux mœurs* (4). »

Perrone :

Nemo ut jam inter protestantes reperiatur, qui hanc Tridentino mentem et consilium in suo decreto edendo fuisse contendat, vulgatam nempe versionem supra textum ipsum primigenium efferre, aut prohibere quominus quisquam ad ipsos, si opus fuerit, fontes originales accedat, uti plures iique gravissimi catholici auctores ostenderunt. Sic nemo ex catholicis est

(1) *Instit. theolog.*, Tom. II, pag. 490.

(2) *Theolog.*, Tom. I, pag. 32, edit. altera.

(3) *Prælectiones de N. T.* pag. 178.

(4) *Introduction aux livres de l'ancien et du nouveau Testament*, Tom. I, pag. 178, 3e édit.

qui nunc inspirationem tueatur in latina vulgata adornanda, aut qui adhuc existimet ita esse eamdem vulgatam editionem a quibusvis librariis aut typographicis mendis immunem, ut nequeat ulteriori subjici emendationi. In eo tamen, unanimi prorsus sensu, catholici conveniunt omnes, nullum vulgata in editione errorem contineri in iis saltem quæ ad fidem moresque spectant, aut etiam quæ alicujus momenti sint in rebus atque sententiis. Quo sensu affirmant authenticam declaratam esse vulgatam latinam a Tridentino... Nos ipsis adstipulamur (1).

Vercellone :

L'Église veilla spécialement à empêcher que les leçons erronées, les interpolations et les omissions n'introduisissent des doctrines pernicieuses ou de faux enseignements, et elle y réussit à merveille. Au reste, il y a un fait qui suffit seul à convaincre tout homme raisonnable. Après le Concile de Trente on a corrigé quelques-uns des passages que nos adversaires appellent dogmatiques, et d'autres encore peuvent être corrigés aujourd'hui ; toutefois, ni les uns ni les autres ne portèrent aucun préjudice à la doctrine de l'Église. C'est donc en vain qu'on prétendrait trouver dans la vigilance de l'autorité publique une preuve pour établir que les endroits dogmatiques soient exempts d'erreurs et de défauts (2).

Haneberg : « Es ist unläugbar, dass neben der authentischen lateinischen Ubersetzung ächte, authentische abweichende Texte existiren (3). »

genter componant, neve ullam prætermittant ex doctrinis ceteris, quæ gravioribus illis ornamento sunt, et sacerdotalibus muniis addunt commendationem. Instantibus similiter vobis, moderatores disciplinæ et pietatis (homines qui esse debent integritate et prudentia spectatissimi), sic rationem temperent vitæ communis, sic alumnorum animos conforment exerceantque, ut virtutum congruentium quotidiani in ipsis progressus eluceant : atque huc illud etiam spectet, omnem ut addiscant matureque induant prudentiam in iis attingendis quæ civilis sunt potestatis. Hoc sane modo ex sacris illis veluti palæstris et castris nova continenter militia, eaque optime instructa, prodibit, quæ suppetias veniat laborantibus in pulvere et sole, atque defessos emeritosque integra suppleat. Verum, in ipsa sacrorum munerum perfunctione, facile videtis quantum periculi virtus vel solida offendat, et quam sit humanum languescere in propositis ab eisque deficere. Itaque eo simul pertineant curæ vestræ ut sacerdotibus apposite præbeatis quo studia doctrinæ recolere possint et augere, in primis quo contentius possint, redintegratis interdum animorum viribus, et perfectioni vacare suæ et aliorum sempiternæ saluti prodesse. — Talem vos, Venerabiles Fratres, rite in oculis vestris eductum atque probatum si habueritis clerum, sentietis profecto vobis pastorale munus, non allevari solum, sed etiam abundare optatis in grege fructibus, quorum licet sperare copiam a cleri maxime exemplo et actuosa caritate.

Ejusdem caritatis præceptum, quod *magnum* in Christo est, omnibus ex quovis ordine commendatissimum sit, idque singuli perficere studeant, quemadmodum Joannes monet apostolus, *opere et veritate* : nullo enim alio vinculo aut præsidio constare ad firmitatem familiæ et civitates possunt, neque, id quod pluris est, christianæ dignitatis merita adipisci. Quæ Nos considerantes, deplorantesque tam multa mala et acerba, eo posthabito dimissove præcepto, publice et privatim consecuta, sæpenumero in eadem re Apostolicam vocem edidimus : singulariter fecimus per litteras encyclicas, quarum initium est *Novarum rerum*,

ubi principia retulimus ad causam de conditione opificum ex veritate et æquitate evangelica dirimendam aptiora. Ea ipsa nunc renovata admonitione inculcamus. Sancta movente et ducente caritate, quantam catholica instituta, sodalitia artificum, mutuo opitulantium consociationes, id genus plura, vim habeant virtutemque vel ad leniendas tenuiorum ærumnas vel ad infimam plebem recte erudiendam, apertum experiendo est : qui autem consilium vel auctoritatem, pecuniam vel operam ad ista conferant in quibus vertitur multorum salus, etiam sempiterna, ii verissime de religione et de civibus suis promerentur egregie.

Ad hæc, genti Polonæ universe dicta, certa quædam subjicere libet, quæ singulatim, pro locorum in quibus versamini conditione, usui fore censemus; atque adeo ex his ipsis quæ dedimus monitis quædam libet eo altius in animis vestris defigere. — Vos primum, ut plures numero, qui Russico imperio paretis, jure est quod catholicæ professionis nomine collaudemus, hortatione muniamus. Caput est hortationis Nostræ, ut istum constantiæ animum in sancta fide colenda retineatis acriter et foveatis, in qua id bonum habetis, quod principium et fons est, ut diximus, maximorum bonorum. Hoc utique christianus animus ceteris rebus omnibus longe anteponat oportet; hoc ipsum, ut sunt divina jussa et splendida sanctorum hominum facta, nec ullis fractus difficultatibus deserat, et summis viribus laboribusque custodiat; ejusdemque virtute fultus, solatium et opem, quoscumque humanæ res eventus adducant, æque certissime ac patienter a Deo memori expectet. — Ad Nos quod attinet, rerum vestrarum quæ sit conditio, equidem pro munere Nostro habemus compertum; valdeque ista delectat fiducia quam in Nos, filiorum instar, plurimam collocatis. Sic igitur, admonemus, fallaciis omnino rejectis quæ contra benevolentiam et sollicitudinem in vos Nostram nequiter serantur, hoc sit vobis penitus persuasum, nihil Nos minus quam Pontifices decessores, sicut pro ceteris popularibus vestris, ita pro vobis suscepisse et intendisse curas; qui etiam, vestram ut sustineamus fiduciam, omnia

parati sumus et laboriose conniti et persequi confidenter. Juvat memoria repetere, inde Nos a Pontificatus exordiis, de re catholica istic relevanda cogitantes, opportune apud Imperiale Consilium officia interposuisse, ut ea contenderemus quæ simul dignitas hujus Apostolicæ Sedis, simul rationum vestrarum patrocinium viderentur deposcere. Quibus ex officiis consecutum est, ut anno MDCCCLXXXII certa cum illo pactionum capita sint constituta : hæc inter, Episcopis liberam fore copiam moderandi ad canonicas leges seminaria clericorum ; tum Academiam ecclesiasticam Petropolitanam, quæ Polonis quoque patet alumnis, jurisdictioni plene tradendam Archiepiscopi Mohyloviensis, atque in melius adducendam ad ampliorem cleri et religionis catholicæ utilitatem : accepta præterea fide, quamprimum abrogatum ant mitigatum iri singulares eas leges, quas clerus vester severiores sibi conquerebatur. Illo ex tempore nunquam Nos, vel capta vel quæsita occasione, pacta conventa expostulare desiimus. Quin imo easdem expostulationes ad ipsum deferri placuit potentissimum Imperatorem, cujus et exploratum in Nos amicitiæ animum et studium justitiæ excelsum obtestati enixe sumus in causa vestra : neque intermittemus rogationes ad ipsum per tempus adhibere, eas potissime commendantes Deo, quippe *cor regis in manu Domini* (1). — Vos autem, Venerabiles Fratres, pergite dignitatem sacrosanctaque jura religionis catholicæ Nobiscum tueri : quæ tunc vere proposito potest constare suo et beneficia afferre quæ debet, quum justæ securitatis libertatisque compos, idoneis præsidiis instruitur ad actionem, quantum oporteat, explicandam. Quoniam vero ipsi perspicitis qualem dederimus demum operam tranquillitati publici ordinis conciliandæ in gentibus continendæque, idem agere ne cessetis, ut sublimiorum potestatum observantia et publicæ obtemperatio disciplinæ in clero pariterque in ceteris firme consistat : atque ita omni prorsus offensionis vel reprehensionis causa submota, omnique specie insimulationis in reverentiam conversa, catholico nomini sua

(1) Prov. xxi, 1.

laus maneat et accrescat. — Item sit vestrum in id incumbere, ut quidquam ne desit de summa fidelium salute, neque in administrandis curiis, neque in pabulo divini verbi impertiendo, neque in alendo religionis spiritu; ut pueri et adolescentes, maxime in scholis, sacra catechesi diligenter imbuantur, idque, quanto magis fieri potest, opera sacerdotum, quibus sit a vobis id legitime demandatum; ut cultui divino et decor sacrarum ædium et festus sollemnitatum honor plane congruant, unde fides haurit bona incrementa. Rectissime porro feceritis, præcavendo discrimina, si qua forte hisce in rebus instare videantur; ob eamque causam ne dubitetis ratas ipsas cum hac Apostolica Sede conventiones graviter quidem prudenterque appellare. Talia nimirum et discrimina abesse et convenientia bona contingere, non Polonis tantummodo, sed cunctis qui sincera publicæ rei caritate ducantur, gratum esse et optabile debet. Ecclesia enim catholica, quod principio docuimus quotidieque eminet, sic nata institutaque est, ut civitatibus et populis, nihil admodum detrimenti, sed multiplices vero et decoras utilitates, in rerum etiam mortalium genere, nunquam non pariat feliciter.

Vos deinde qui in ditione estis inclitæ Domus Habspurgensis, reputate animis quantum augusto Imperatori, religionis avitæ studiosissimo, debeatis. Justa igitur in Eum fides gratumque obsequium luculentius a vobis in dies pateat : pateat studium non dissimile persequendi omnia, quæ ad catholicæ religionis incolumitatem et decus vel jam sunt optime constituta vel tempora et res provide constituenda suadeant. — Universitatem Cracoviensem, vetustam atque nobilem doctrinarum sedem, valde optamus integritatem et præstantiam tueri suam, atque etiam æmulari laudes talium Academiarum, quas insignis Episcoporum cura et liberalitas privatorum non paucas, faventibus Nobis, per hæc ipsa tempora excitavit. Quemadmodum in illis, ita in vestra, sollertia dilecti Filii Nostri Cardinalis Episcopi moderante, gravissimæ quæque disciplinæ cum fide amico fœdere coeuntes, et, quantum ab ea luminis mutuantur et firmitatis, tantum subsidii ad ipsius defensionem referentes,

utinam juventuti lectissimæ magis magisque in partes omnes sint profuturæ. — Item vestra magni interesse debet, Nostra certe interest maxime, vigere apud vos in omnium existimatione ordines Religiosorum ; qui, virtutis quam consectantur perfectione et doctrina varia fructuosoque in excolendis animis labore commendati, tanquam apparatiores copiæ præsto sunt Ecclesiæ, eisque non minus civitas ad honestissima quæque adjutoribus optimis omni tempore usa est. Nominatimque Galiciam respicientes, summa voluntate perantiquum commemoramus Basilianum ordinem, in quo instaurando peculiaria quædam consilia et curas jampridem Ipsi posuimus. Non mediocrem enimvero lætitiæ fructum ideo capimus, quod expectationi ille Nostræ alacri religione obsecundans, nititur pleno gradu ad superiorum temporum gloriam, quum ecclesiæ Ruthenæ multis modis extitit salutaris : cujus ejusdem salutis auspicia, Episcoporum vigilantia et curatorum industria, jam ex ipso præclariora in dies nitescunt. — Hic autem quoniam de Ruthenis incidit mentio, eam sinite iteremus cohortationem, ut vos cum ipsis, quamquam originum rituumque dissimilitudo intercedat, arctius voluntates amantiusque societis, prout eos condecet quos regionum, civitatis, maximeque fidei sociat communio. Hos enim sicut Ecclesia benemerentes habet et diligit filios, eisque legitimas consuetudines ac ritus proprios sapienti consilio permittit, non aliter vos, præcedente clero, sic habete et colite ut fratres, quorum sit cor unum et anima una, eo demum conspirantium, ut uni Deo et Domino amplificetur gloria, simulque fructus omnis justitiæ multiplicentur *in pulcritudine pacis*.

Libenti pariter animo orationem ad vos convertimus, qui provinciam incolitis Gnesnensem et Posnaniensem. Si quidem hoc inter cetera gratum est recordari, quemadmodum ex civibus ipsis vestris, omnium ut erant vota, ad illustrem sancti Adalberti sedem virum eveximus pietate, prudentia, caritate eximium. Gratius est autem videre, qua vos obedientia, quo amore gubernationi ejus miti operosæque unanimi studeatis : ex quo vere sperandum, religionis catholicæ statum fore apud

vos bonis auctibus quotidie lætiorem. Eadem vero spes quo magis affirmetur optatisque plenius respondeat, non sine causa jubemus vos magnanimæ æquitati confidere serenissimi Imperatoris; cujus præterea propensam in vos ac benevolam mentem ex Ipso coram haud semel pernovimus, sane adfuturam vobis, in verecundia legum, in omnique recte factorum christiana laude perseverantibus.

Hæc, Venerabiles Fratres, præscripta et hortamenta gregibus quisque vestris sic nuntietis velimus, ut vestra etiam opera fructuosiora eveniant. In his agnoscant carissimi filii quam magno ipsorum gratia affectu caritatis urgemur; hæc autem ipsi, ut optatissimum Nobis est, pari accipiant observantia et pietate. Quæ quidem si diligenter, id quod pro certo habemus, constanterque coluerint, profecto poterunt quum fidei ex temporum gravitate pericula declinare, tum patrum memorabilia decora custodire, animos et exempla referre, manantibus inde ad hujus quoque solatium vitæ emolumentis quam optimis. — Secundam autem divini auxilii copiam, precatoribus adhibitis gloriosissima Virgine Maria, Josepho sanctissimo, cujus hodie sollemnibus christianus populus gaudet, sanctisque cœlitibus Poloniæ Patronis, vehementer Nobiscum, quæsumus, implorate. Hujus rei auspicium atque præcipuæ benevolentiæ Nostræ testem, Apostolicam benedictionem, vobis et clero populoque universo vigilantiæ vestræ commisso, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romæ, apud S. Petrum die XIX martii anno MDCCCXCIV, Pontificatus Nostri decimo septimo.

LEO PP. XIII.

SECRETARIA BREVIUM.

DECRETUM DE CANONICIS AD HONORES.

LEO PP. XIII.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Illud est proprium humanarum institutionum et legum, ut nihil in eis sit tam bonum atque utile, quod vel consuetudo non mutet, vel tempora non invertant, vel mores non corrumpant. Sic in militanti Ecclesia Dei, in qua cum absoluta ac perpetua immutabilitate doctrinæ varietas disciplinæ conjungitur, non raro evenit ut, quæ olim jure meritoque in honore et in pretio habebantur, aliquando obsolescant, et quæ bona in instituto erant, ea labens ætas faciat deteriora.

Sub prima Ecclesiæ exordia, cum sensus Christi in hominum mente arctius insidebat, Episcopos, quibus summa rerum gerendarum commissa erat, delectos Sacerdotes sibi socios addidisse memoriæ traditum est, quorum consilio et ministerio in gravioribus Ecclesiæ negotiis uterentur. Hi Sacerdotes, Assessores et quasi Episcopi Senatus, Canonici dicti sunt, ex eo quia in observandis regulis ecclesiasticis, cautiores et diligentiores erant ceteris, et eam vitam vivebant, ut mensuram nominis implerent. Quamobrem pro certo habendum est ad conservandam Ecclesiasticam disciplinam, Canonicorum dignitates ab initio fuisse constitutas ita, ut qui eas obtineret, id haberet oneris, ut opera et officiis adjuvaret Episcopum, et in iis quæ pertinent ad cultum et ad mores, sese tanquam exemplar clericis inferioribus impertiret.

At temporibus nostris nonnulli sunt, qui pristinæ institutionis

immemores, Canonicorum collegia tanquam honoratorum ordines esse autumant, in quibus nullum onus, sed dignitatis tantum et honoris tituli inhæreant. Ex quo fit ut, cum humanum sit onus defugere, honores et dignitates appetere, non parvus sit numerus eorum, qui studeant, saltem honoris causa, inter Canonicos cooptari.

Multæ quidem ac plenæ querelarum datæ sunt ad nos litteræ ab Episcopis, qui ægre ferunt honoribus et dignitatibus inhiare eos, qui sacerdotio aucti deberent « æmulari charismata meliora, terrena despicere, et nonnisi in Cruce Domini Nostri Jesu Christi gloriari. » Sacerdotes autem hujusmodi, plerique juniores, qui parum vel nihil in Ecclesiæ bonum contulerunt, tanquam tirones gloriosi veteranorum insignia atque ornamenta virtutis præmia appetentes, externos circumeunt Antistites, ut ab iis honoris insignia titulosque, a suis negatos, extorqueant.

Nos, qui dignitatis insignibus eos potissimum honestandos censuimus Sacrorum administros, qui pietatis et doctrinæ laudibus ceteros antecellunt deque re christiana egregie sunt meriti, hanc super rem admonitiones Apostolicas atque instructiones, nominatim die decimo sexto mensis septembris anno MDCCCLXXXIV per Sacram Congregationem Tridentini Concilii Interpretem ac vindicem dedimus. Quum vero hisce diebus complures Sacrorum Antistites gravius conquesti sint ejusmodi honores, qui merentibus præmio, ceteris incitamento virtutis esse debent, non raro ipsis Ordinariis insciis, atque interdum haud dignioribus conferri, Nos, quo in posterum quilibet in tali re abusus auferatur, rogata Sacrorum Rituum Congregationis sententia, suprema Auctoritate Nostra statuimus, decrevimus :

I. Episcopus seu Ordinarius, ecclesiasticum quempiam virum alienæ diœceseos Canonicum ad honorem nominaturus, præter Capituli sui consensum, Ordinarii, cui nominandus subjicitur, notitiam et votum obtineat, eumdemque Ordinarium insignia edoceat ac privilegia, quorum usus nominando tribueretur.

II. Canonici ad honorem extra diœcesim in qua nominati sunt, degentes, numero sint tertia parte minores cunctis Cano-

nicis a Pontificiis Constitutionibus respectivæ Basilicæ, sive Ecclesiæ Metropolitanæ aut Cathedrali, vel Collegiatæ assignatis.

III. Canonici ad honorem alicujus minoris Basilicæ, vel Ecclesiæ Collegiatæ almæ Urbis nominati, privilegiis et insignibus uti possunt tantum intra respectivæ Basilicæ vel Collegiatæ, ejusque Filialium Ecclesiarum ambitum, ubi Canonici de numero iisdem fruuntur. Qui vero alicujus Metropolitanæ vel Cathedralis aut Collegiatæ Ecclesiæ, seu Basilicæ minoris extra Urbem Canonici sunt ad honorem, privilegiis et insignibus tantum utantur in diœcesi ubi nominati sunt, nullo modo extra illius territorium.

IV. Hæc omnia serventur quoque a Canonicis ad honorem usque ad hanc diem nominatis.

Ita volumus, edicimus, decernentes has litteras Nostras firmas sartasque, uti sunt, ita in posterum permanere : irritum vero et inane futurum decernentes si quid super his a quoquam contigerit attentari : non obstantibus Nostris et Cancellariæ Apostolicæ regulis de jure quæsito non tollendo, et quibusvis specialibus vel generalibus Apostolicis Constitutionibus ac Privilegiis, gratiis et indultis, etiam confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, et Litteris Apostolicis sub quibuscumque tenoribus ac formis, et cum quibusvis clausulis et decretis quibusvis Capitulis, Collegiis ac etiam peculiaribus personis quacumque ecclesiastica dignitate pollentibus, quocumque tempore etiam per Nos concessis, nec non quibusvis consuetudinibus, etiam immemorabilibus, latissime et plenissime, ac specialiter et expresse de Apostolicæ potestatis plenitudine derogando, ac derogatum esse volumus, ceterisque in contrarium quomodolibet facientibus quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXI Januarii MDCCCXCIV, Pontificatus Nostri anno decimo sexto.

M. CARD. RAMPOLLA.

Ce décret renferme quatre prescriptions différentes; nous aurons peu à dire sur trois d'entre elles : mais celle qui

porte le numéro III, au moins dans la partie qui concerne les chanoines honoraires des métropoles, cathédrales, collégiales ou Basiliques mineures « extra Urbem, » nous paraît susceptible d'interprétations différentes et soulève des difficultés qui sont spéciales à la France. Il est donc bon de l'étudier avec soin.

Rappelons d'abord les règles du droit sur les insignes canoniaux ; mentionnons ensuite les coutumes françaises plus ou moins autorisées en cette matière ; enfin, cherchons quel est le sens du Bref *Illud est proprium*, et quelle application on doit en faire à la France.

I.

RÈGLES DU DROIT.

En droit, l'habit de chœur des chanoines est tout simplement le surplis, et ils ne peuvent, sans un indult spécial du Saint-Siège, porter aucun insigne particulier. En fait, il n'est point de chapitre, en France au moins, qui n'ait des insignes, rochet, mozette, cappa, etc.

Le sens et l'étendue des actes pontificaux qui concèdent des insignes à un chapitre, sont depuis longtemps fixés par les décisions des Congrégations romaines. Le principe général est que ses indults sont « læsiva Episcopalis dignitatis, » et par conséquent de très stricte interprétation. Il faut donc s'en tenir absolument aux termes de la concession ; tout ce qui est concédé est exprimé ; il ne faut admettre aucune faveur sous-entendue.

Ainsi, la simple concession de certains insignes vaut pour l'église propre du Chapitre seulement : les chanoines peuvent se servir des insignes en question « intra propriam ecclesiam, sive capitulariter, sive uti singuli assistant ; sed

intra eam tantum. » Dans les autres églises de la ville ou du diocèse, les chanoines ne peuvent faire usage de leurs insignes; sont seuls exceptés ceux qui accompagnent l'Évêque pour une fonction dans ces églises.

D'autres chapitres ont des privilèges plus étendus. Il y est formellement dit qu'ils peuvent user de leurs insignes « tam in propria quam in alienis ecclesiis. » Le sens est, en pareil cas, que les chanoines ont l'usage de leurs insignes dans une église étrangère, seulement « quando capitulariter incedunt, vel assistunt, vel sacras functiones peragunt; » ils ne sont pas autorisés à les porter lorsqu'ils sont dans une église étrangère « uti singuli ».

Une concession meilleure encore est celle qui donne expressément à des chanoines le droit de se servir de leurs insignes dans une église étrangère, même lorsqu'ils y sont « ut singuli ».

Enfin, certaines concessions sont limitées au diocèse; d'autres permettent l'usage de certains insignes *intra regnum*; d'autres, *ubique locorum*.

Quant aux chanoines honoraires, on dit généralement qu'ils ont seulement les droits et honneurs qui leur sont attribués par les Constitutions capitulaires ou par la coutume; il est d'usage qu'ils portent les mêmes insignes que les chanoines titulaires; mais il est inouï qu'ils aient plus de droits que ceux-ci.

II.

ÉTAT DE LA FRANCE.

Au moment du Concordat, le Souverain Pontife donna au Cardinal Légat, et celui-ci à chaque Évêque, le droit de déterminer les insignes de son chapitre cathédral; il ne paraît pas qu'on se soit bien préoccupé alors des diverses distinctions exposées dans l'article qui précède. Depuis ce

temps, un bon nombre d'Évêques ont demandé et obtenu du Saint-Siège de nouveaux insignes pour leurs chapitres; nous ne connaissons pas la teneur des indults. Nous ne pourrions citer que le privilège accordé à Monseigneur l'Évêque d'Angoulême par Bref du 18 février 1864. Il est de la troisième classe de privilèges mentionnés plus haut, et autorise formellement les chanoines de la cathédrale à porter leurs insignes dans tout le diocèse, même quand ils se trouvent dans une église « ut singuli ».

Mais c'est surtout au point de vue de la coutume que la question présente pour la France des difficultés spéciales. Une double coutume s'est établie en France dès le commencement du siècle : nos chanoines français ne font pas difficulté d'user de leurs insignes dans toute l'étendue du diocèse, même quand ils s'y présentent *ut singuli*. Cette première coutume a fait l'objet d'une consultation adressée au Saint-Siège par Monseigneur l'Évêque de Périgueux; voici la question et la réponse :

Rmus Dominus Nicolaus Josephus Dabert, Episcopus Petrocoricen et Sarlaten in Galliis, ea quæ sequuntur Sacrorum Rituum Congregationi exposuit, nimirum :

Ab instauratione Ecclesiarum et Capitulorum in Galliis initio hujus sæculi, Canonici sive titulares sive honorarii, qui pro habitu canonicali Rochettum et Mozzettam deferunt, his utuntur non solum in ecclesia cathedrali vel quando capitulariter incedunt, aut Episcopo sacram aliquam functionem peragenti assistunt, sed etiam passim in Diœcesi quando ad aliquam ecclesiam sive ad concionandum sive ad alicui cæremoniæ interessendum se conferunt. Et hæc agendi ratio in omnibus aliis Galliarum Diœcesibus pariter tenetur, ita ut certo dici possit consuetudinem hanc generalem esse in Galliis et longo annorum decursu comprobatam. Sed cum ex una parte eidem consuetudini obstare videantur varia Sacræ Congregationis Rituum Decreta, quum

vero ex altera parte ipsa hæc consuetudo destrui non posset absque admiratione in populo et molestia pro Canonicis, qui a tanto tempore habitum canonicalem ubique in Diœcesi deferunt, præfatus orator ab eadem Sacra Congregatione humillime exquisivit :

Utrum illam tolerare valeat, saltem quoadusque jussu Sanctæ Sedis in cæteris Galliæ Diœcesibus destruatur; an vero teneatur hanc consuetudinem in sua Diœcesi evellere?

Sacra vero eadem Congregatio, audita relatione ab infrascripto Secretario facta, rescribere rata est :

Nihil esse innovandum.

Die 2 Augusti 1875.

Voilà donc une coutume, sinon approuvée, au moins formellement tolérée par le Saint-Siège jusqu'à nouvel ordre. Malheureusement l'exposé fait par Monseigneur l'Évêque de Périgueux était incomplet; nos chanoines de France usent de leurs insignes non seulement dans toute l'étendue du diocèse, comme le dit la supplique de Périgueux, mais même en dehors du diocèse, quand ils se rendent « etiam ut singuli » à une cérémonie funèbre, ou à une fête quelconque. Nous croyons, pour notre part, qu'on aurait tort de dire que ce sont là deux coutumes distinctes; c'est une seule et même coutume; car elles ont toutes deux la même universalité et la même ancienneté. Seulement, par suite de l'omission de ce fait dans l'exposé de Périgueux, le Saint-Siège, que nous sachions au moins, n'a pas été amené à se prononcer sur cette dernière partie de la coutume. Eût-il modifié pour cela sa décision? A vrai dire, nous ne le croyons pas, et nous pensons qu'il n'y a pas témérité à considérer cette extension de la coutume de France comme méritant la même réponse; on serait pourtant heureux, dans la circonstance présente, de pouvoir mettre les deux cas exactement sur le même rang.

III.

SENS ET APPLICATION DU BREF.

Le Bref *Illud est proprium* renferme quatre dispositions ; nous avons déjà dit que nous serions très bref sur trois d'entre elles.

1° Il faut pourtant s'arrêter plus que nous ne pensions à la seconde de ces dispositions. Des traductions bien différentes en ont été données. Les uns ont traduit : « Le nombre des chanoines honoraires, étrangers au diocèse où ils sont nommés, *ne doit pas dépasser* le tiers du nombre total des chanoines assigné par les Constitutions Pontificales à chaque Basilique, métropole, cathédrale ou Collégiale. » D'autres ont trouvé les mots : *ne doit pas dépasser* inexacts, et ont traduit : *ne doit pas atteindre*, parce que le Bref porte : « sint minores tertia parte », et que, pour eux, la vraie manière de traduire est : « soient moindres *qu'un tiers* ». Là-dessus, surviennent les *Ephemerides liturgicæ*, qui nous apprennent que cette dernière traduction, tout comme la précédente, « a veritate *omnino* aliena est; neque ullo pacto respondet latinæ dictioni, qua Breve se exprimit, neque *menti Pontificis*. Sensus ergo verborum « numero sint tertia parte minores » est, Canonicos ad honorem non posse excedere duas partes Canonicorum de numero, sicque erunt his tertia parte (id est, *di un terzo*) minores » (1). La chose a paru dès l'abord si claire aux *Ephemerides*, qu'elle jugeait tout commentaire inutile; pour le dire en passant, le mot peut paraître un peu dur, pour les fauteurs des deux traductions précédentes, dont quelques-uns, il est bon de l'apprendre aux *Ephemerides*, sont bien supérieurs à de simples rédacteurs de Revues.

(1) Avril 1894, p. 194.

Il nous plaît, puisque, au moins entre rédacteurs de Revues, les *Ephemerides* admettent que nous nous corrigions les uns les autres, de faire remarquer à cette Revue que la phrase citée plus haut pourrait très bien à son tour induire en erreur. Elle parle comme si le passage du Bref déterminait le nombre total des chanoines honoraires permis pour chaque chapitre, puisqu'elle dit sans restriction : « Canonicos ad honorem non posse excedere duas partes Canonicorum de numero ». Elle a sans doute abrégé pour aller plus vite; mais il faut qu'il soit bien entendu que le nombre déterminé par ce numéro du Bref est tout simplement celui des chanoines honoraires *résidant en dehors du diocèse où ils sont nommés*. Les termes du Bref sont trop formels, disons-nous à notre tour, pour que nous ayons besoin d'insister.

Cela dit, il faut, d'après les *Ephemerides*, traduire les termes « sint tertia parte minores », non par les mots « moindres *qu'un tiers* », mais « moindres *d'un tiers* ». Cette interprétation, qui exprime, nous assurent les *Ephemerides*, la véritable intention du Souverain Pontife, laisse certainement une grande latitude aux chapitres ou aux Évêques pour la nomination de chanoines honoraires étrangers.

2° Y a-t-il utilité à constater que les deux premières prescriptions du Bref doivent absolument être observées dans toute nomination d'un chanoine honoraire, résidant en dehors du diocèse dans lequel il est nommé. Le Bref, en effet, contient la clause bien connue, qui frappe de nullité tout acte dans lequel ses prescriptions n'auraient pas été respectées : « irritum et inane futurum decernentes si quid super his a quoquam contigerit attentari; » la discussion sur ce point n'est donc pas possible.

3° Arrivons maintenant au numéro III du Bref *Illud est*

proprium; il distingue entre les chanoines honoraires d'une Basilique ou Collégiale de la ville de Rome, dont il s'occupe dans une première phrase, et les chanoines honoraires d'une métropole, cathédrale, collégiale, ou Basilique mineure « extra Urbem; » ceux-ci sont l'objet de la mesure exprimée dans la seconde phrase.

a) Sur la première phrase, peu de chose à remarquer. Nous en avons déjà vu plusieurs traductions, et nous constatons qu'elles sont défectueuses en deux points. On ne semble pas comprendre ce que c'est qu'une église dite « filialis » ; quelques-uns suppriment le mot, d'autres l'entendent en ce sens que la cathédrale a toutes les églises du diocèse pour « filles ». De fait, les canonistes disent bien cela, mais ils donnent aussi un autre sens au mot *filialis* : « Matrices Ecclesiæ, quamvis proprie loquendo sint solæ ecclesiæ cathedrales, quia Matres sunt et Magistræ totius Episcopatus, textu expresso in cap. *Venerabili, 12, de verborum signif...*, tamen *Matrices* etiam vocantur illæ ecclesiæ, quæ alias ecclesias aliquo modo sibi subjectas habent.... — *Filiales* dicuntur illæ, quæ per divisionem a Matrice de novo fiunt, vel alteri subjiciuntur » (Ferraris, V° *Ecclesia*, art. III, num. 7 et 8). On aurait dû considérer que le mot *filialis* est employé dans le décret à propos des Basiliques de Rome, et que, par conséquent, c'est le dernier sens qui est le vrai.

Il est donc tout à fait contraire à la saine interprétation du Bref de prétendre que les chanoines honoraires de chaque cathédrale peuvent porter leurs insignes dans toutes les églises du diocèse, parce que toutes ces églises sont « filles » de la cathédrale. Encore une fois, il n'est question, dans ce passage du Bref, que des Basiliques de Rome, et nullement des églises cathédrales et de leurs chapitres.

b) Il est plus grave, à notre avis, d'omettre complètement

dans la traduction du Bref l'incidente : « ubi canonici de numero iisdem fruuntur. » Ces mots ont pourtant bien leur importance : ils témoignent de la volonté du Souverain Pontife de ne pas donner aux chanoines honoraires plus de droit qu'aux chanoines titulaires, ce qui du reste se comprend de soi : car la vraie règle est que, à moins d'une restriction comme celle qui est exprimée dans le Bref actuel, les droits des chanoines honoraires, quant au port des insignes, se règlent sur ceux des chanoines titulaires ; ils peuvent avoir les mêmes droits que ceux-ci, ils ne peuvent en avoir davantage.

c) La seconde phrase du numéro III a donné lieu, elle aussi, à une erreur d'interprétation. Voici le texte: « Qui alicujus Metropolitanæ, vel cathedralis, aut collegiatæ ecclesiæ, seu Basilicæ minoris extra Urbem canonici sunt ad honorem, privilegiis et insignibus tantum utantur in Diœcesi ubi nominati sunt, nullo modo extra illius territorium. » On conclut de là que les chanoines honoraires ont le droit de porter leurs insignes dans tout le diocèse où ils ont été nommés. C'est une interprétation qui ne saurait être vraie. Combien de chanoines titulaires d'églises métropolitaines, cathédrales, collégiales, de Basiliques mineures, n'ont assurément pas ce droit? Se peut-il donc que les chanoines honoraires soient plus privilégiés qu'eux? Ou bien va-t-on croire que, d'un seul mot, prononcé non directement sur les chapitres, mais à l'occasion des seuls chanoines honoraires et pour corriger les abus qui leur sont reprochés, par conséquent dans une Constitution qui a pour but de restreindre, et non d'augmenter les privilèges, le Souverain Pontife a supprimé les règles de droit commun qui président à l'interprétation des privilèges des Chapitres, et qu'il a permis indistinctement à tous leurs membres de porter les insignes, « etiam ut singuli », dans toutes les églises d'un diocèse? Cela est absolument impossible.

Quel est donc le sens de cette phrase? Il faut l'entendre de telle sorte que les chanoines titulaires n'acquièrent aucun droit nouveau et que les chanoines honoraires ne soient pas plus privilégiés que ceux-ci quant au port des insignes. Le Souverain Pontife entend expliquer que l'Évêque qui a nommé un chanoine honoraire, ou qui a donné son consentement à cette nomination par un chapitre (dans les lieux où la nomination se fait par le chapitre), ne saurait être fondé à réclamer contre les conséquences de l'acte qu'il a posé; il doit accepter ces conséquences, qu'il a dû prévoir et vouloir. Donc, le chanoine honoraire nommé pourra bien porter les insignes de sa dignité dans le diocèse de cet Évêque, mais dans ce diocèse seulement. Le Souverain Pontife, ne perdant pas de vue les plaintes qui ont été l'occasion de sa Lettre, porte ainsi remède au mal qui lui a été signalé, et considère qu'il ne serait pas raisonnable d'imposer à un autre Évêque les conséquences d'un acte, d'une nomination dans laquelle il n'est pour rien; le chanoine nommé ne pourra donc porter ses insignes dans un autre diocèse.

Voilà ce que cette phrase du Bref nous paraît contenir. Quant au port des insignes dans le diocèse où il a été nommé, le chanoine honoraire prendra pour règle ce qui est licite aux chanoines titulaires du chapitre dont il fait partie. Il usera des insignes dans les circonstances et les lieux du diocèse où le chanoine titulaire est autorisé à le faire, et rien de plus.

4° Reste à traiter une dernière question, celle de nos coutumes françaises. Restent-elles debout après la publication du Bref, et vis-à-vis des clauses dérogatoires qu'il contient?

a) Nous n'avons pas de doute en ce qui concerne la coutume exposée au Saint-Siège par Mgr l'Évêque de Périgueux en 1875; cette coutume n'est pas contraire aux dispositions du

Bref, puisqu'il n'y est parlé que du port des insignes dans le diocèse de l'Évêque qui a nommé. Cette coutume reste donc avec la valeur qu'elle avait auparavant, pour les chanoines titulaires et honoraires.

b) Nous donnons la même solution en ce qui concerne les chanoines *titulaires* de nos chapitres de France et le port de leurs insignes en dehors du diocèse, lorsqu'ils se rendent accidentellement, « etiam ut singuli », à une fête ou à une cérémonie funèbre, etc. Cette coutume n'est pas frappée par les clauses dérogatoires du Bref, qui s'occupe seulement des chanoines honoraires. Elle reste donc ce qu'elle était auparavant, non formellement approuvée ni même formellement tolérée par la S. Congrégation des Rites, puisque la question ne lui a pas été posée; mais nous persistons à croire que, après la décision de Périgueux, il y aurait imprudence à la supprimer sans porter la question au Saint-Siège.

c) Les chanoines honoraires de France peuvent-ils bénéficier de la solution qui précède? Aucun doute encore pour les chanoines honoraires d'un chapitre étranger au diocèse dans lequel ils résident. Ce sont incontestablement ceux-là que vise le Bref *Illud est proprium;* ils ne peuvent porter les insignes capitulaires que dans le diocèse où ils ont été nommés, et, dans ce diocèse, comme les chanoines titulaires du chapitre auquel ils appartiennent peuvent eux-mêmes en user.

Les termes du Bref permettent-ils de soustraire à cette interdiction les chanoines honoraires de France qui tiennent leur titre, non pas d'un évêque étranger, mais de leur propre évêque, et qui, par conséquent ne sont pas de ceux dont se plaignent le Souverain Pontife et les Évêques? Est-il possible de soutenir que le Bref *Illud est proprium* n'est pas fait pour eux et que la coutume de porter les insignes canoniaux même en dehors du diocèse, reste pour eux, comme

pour les chanoines titulaires, ce qu'elle était avant le Bref?

Nous l'avons entendu soutenir. Sans doute, il n'y a pas dans la Bulle de terme formel qui leur soit favorable; mais comment s'en étonner, quand il s'agit d'une coutume particulière à un pays, coutume qui n'a jamais fait l'objet d'un recours explicite au Saint-Siège? Sans doute encore, les termes du Bref paraissent aussi généraux que possible, si on se borne à considérer les deux phrases du numéro III; mais faut-il les prendre ainsi *in abstracto,* et ne faut-il pas en déterminer le sens par le contexte? Or, n'est-il pas évident que tout le reste du Bref ne concerne point les chanoines honoraires dont nous parlons ici? Ce ne sont pas eux qui ont donné lieu aux plaintes des Évêques; ils n'ont pas brigué, sans en être toujours dignes, un titre de chanoine auprès d'un Évêque étranger, même à l'insu de leur propre Ordinaire; c'est leur Ordinaire lui-même qui les a jugés dignes et les a honorés. Ce ne sont pas eux qui ont été l'objet des mesures précédentes, et notamment de la décision de la S. Congrégation du Concile rappelée dans le Bref actuel. Ils n'ont donné lieu à aucun abus; le Bref a pour but de prévenir des irrégularités auxquelles ils sont complètement étrangers. Aussi, à part ce numéro III, ne trouvera-t-on pas dans le Bref tout entier une autre phrase, un seul mot, qu'on puisse leur appliquer. Et ce numéro III lui-même, ne peut-on l'entendre seulement de ceux dont il est parlé dans tout le Bref, et notamment dans les numéros I et II qui précèdent immédiatement? En voulant prendre les termes du numéro III « prout sonant », et les appliquer à tous les chanoines honoraires sans exception, que fait-on, sinon confondre, pour ainsi dire, les innocents avec les coupables et les englober tous dans les mêmes prohibitions ou punitions. Car, il faut bien le dire, ce numéro III « rationem pœnæ habet, » puisqu'il prive, à cause de certains abus, les cha-

noines honoraires de droits qui appartiennent légitimement au chapitre dont ils font partie ; or, n'est-ce pas un principe constant dans le droit, que l'axiôme : « In pœnis benignior interpretatio est facienda ? »

Voilà ce que nous avons entendu dire en faveur des chanoines honoraires nommés par leur propre Ordinaire et résidant dans son diocèse. Malgré tout, nous ne pensons pas qu'on puisse légitimement les soustraire aux prohibitions du Bref. Voici nos raisons. Les termes du Bref sont généraux, et comprennent tous les chanoines honoraires ; il ne paraît donc pas pratique de les partager en deux classes, et de ne pas les mettre tous sur le même rang au point de vue des privilèges. Il est bien vrai, les deux premiers numéros ne parlent que des chanoines honoraires nommés dans un chapitre étranger à leur diocèse, et par là même sans rapport avec la juridiction de leur Évêque ; mais les termes du numéro III sont très différents et portent une règle concernant tous les chanoines honoraires sans exception. De plus, il n'est pas juste d'expliquer la généralité des termes du Bref en disant qu'il s'agit d'une coutume que le Saint-Siège ne connaît pas, dont il n'a jamais entendu parler ; car il est bien d'autres chanoines honoraires qui sont dans le même cas, et que le Saint-Siège connaît parfaitement bien ; ce sont tous ceux qui ont un droit certain de porter leurs insignes en dehors du diocèse où ils sont nommés, et qui tiennent ce droit, non pas d'une coutume plus ou moins sûrement établie, mais d'un privilège du Saint-Siège. Or, ces chapitres sont nombreux ; il en est un au moins très connu de nos lecteurs, le chapitre de la Basilique de Lorette ; il y en a beaucoup d'autres. Il n'est pas possible, dès lors, de dire que le Saint-Siège a oublié ses propres privilèges ; s'il eût voulu faire une exception à la règle portée au numéro III, il n'eût pas manqué de s'exprimer en termes qui l'eûssent démontré clairement.

Nous croyons donc que la coutume française de porter les insignes canoniaux en dehors du diocèse est de celles qui tombent sous les défenses du Bref et est annulée par ses clauses dérogatoires, en ce qui concerne les chanoines honoraires sans exception. Ce sera certainement un regret; mais nous ne saurions nous prononcer pour le maintien de la coutume sans une décision formelle du Saint-Siège.

S. CONGREGATIO INDULGENTIARUM.

I.

Indulgences pour une oraison jaculatoire au Sacré-Cœur de Jésus et une hymne en l'honneur de Saint François d'Assise.

Beatissimo Padre,

Il Padre Bernardo da Fivizzano, Ex-Provinciale Cappuccino di Toscana, prostrato al bacio del S. Piede, supplica umilmente la S. V. a dignarsi di concedere un'Indulgenza a quanto appresso con poterla applicare in suffragio delle anime del purgatorio.

1° Giaculatoria :

Dulcissime Jesu, da mihi fidei, spei et charitatis augmentum, cor contritum et humiliatum.

2° Inno del P. S. Francesco, che si recita nei primi vesperi della Festa, ad aumento di devozione al S. Patriarca, del tenore seguente :

O Divi amoris victima
Quino cruenta vulnere,
Francisce, qui vivam crucis
Christi refers imaginem.

Tu caritatis fervidis
Flammis adustus, sanguinem
Christo daturus, barbara
Ter cogitasti littora.

Voti sed impos, non sinis
Languere flammas desides ;
Et excitas cœlestia,
Flagrans amore, incendia.

In prole vivens, efferas
Pervadis oras; algida,
Gelu soluto, ut ferveant
Ardore sancto pectora.

Sic pertimendis lividum
Armis Avernum conteris,
Virtutis et firmum latus
Templo labanti subjicis.

Adsis, Pater, precantibus,
Ignemque, late quo tua
Exarsit ingens caritas,
Accende nostris mentibus.

Sit laus Patri, sit Filio,
Sit inclyto Paraclyto,
Qui nos Parentis optimi
Det æmulari spiritum. Amen.

Quam gratiam, *etc.*

Sacra Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præposita, utendo facultatibus a SS. D. N. Leone PP. XIII sibi specialiter tributis, benigne concessit Indulgentiam *centum* dierum semel in die lucrandam ab omnibus Christi fidelibus tum pro devota recitatione supramemoratæ Jaculatoriæ in honorem SSmi Cordis Jesu, tum etiam Hymni in honorem S. Francisci Assisiensis. Quam Indulgentiam eadem Sacra Congregatio declaravit fore applicabilem animabus igne purgatorii detentis.

Præsenti *in perpetuum* valituro absque ulla Brevis expeditione.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romæ ex Secretaria Sacræ Congregationis die 13 septembris 1893.

FR. IGNATIUS CARD. PERSICO, Præfectus.

Alex. Archiep. Nicopolit., *Secret.*

II.

Rosaire en commun ; occupations extérieures.

GANDAVENSIS.

Vicarius Generalis Diœcesis Gandavensis huic Sacræ Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præpositæ exponit quod in Collectione authentica Decretorum ejusdem S. Congregationis auctoritate SS. D. N. Leonis PP. XIII edita anno 1883, Decretum extat sub numero 384 hujus tenoris :

Ordinis prædicatorum. Porrectis precibus a P. Procuratore Ord. Præd. huic S. C. Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præpositæ, EE. PP., in generalibus comitiis apud Vaticanas Ædes die 11 decembris 1857 habitis, propositum fuit dubium dirimendum : An, scilicet, consulendum sit SSmo ut concedere dignetur ut omnes utriusque sexus Christifideles rosarium vel tertiam ejusdem partem in communi recitantes lucrentur Indulgentias a f. r. Benedicto PP. XIII concessas, licet manu non teneant rosarium benedictum, ac sufficere ut una tantum persona, quæcumque ea sit ex communitate, illud in manu teneat, eoque in recitatione de more utatur? Qui, audito prius Consultoris voto, ac rebus mature discussis, responderunt : *affirmative*. Facta itaque per me S. C. Secretarium relatione fideli SS. D. N. Pio PP. IX in audientia diei 22 januarii 1858, Sanctitas Sua precibus ejusdem P. Procuratoris Generalis inclinata, nec non votum S. Congregationis approbans, benigne annuit, addita tamen expressa tamen conditione, quod fideles omnes, ceteris curis semotis, se componant pro oratione facienda una cum persona quæ tenet coronam, ut rosarii indulgentias lucrari queant.

Jamvero non una est sententia de sensu illorum verborum : *ceteris curis semotis se componant*, etc.; alii enim ita verba illa interpretantur ut qui rosarium recitant a quacumque etiam externa occupatione se abstinere teneantur; alii vero ita intelligunt ut fideles se tantum ab iis occupationibus abstineant,

quæ actualem attentionem circa mysteria meditanda impediunt.

Jam quæritur ab hac S. Congregatione quid sit in casu sentiendum?

Porro S. Congregatio, re mature perpensa, respondendum censuit :

Fidelibus ab iis tantum occupationibus exterioribus esse abstinendum, quæ internam attentionem impediunt ad devotam rosarii recitationem pro lucrandis indulgentiis præscriptam.

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem S. Congregationis die 13 novembris 1893.

FR. IGNATIUS CARD. PERSICO, Præfectus.

Alex. Archiep. Nicopolit., *Secret.*

III.

Décret général étendant aux Tertiaires du Carmel la permission de recevoir privément la veille la bénédiction avec indulgence plénière.

Nous avons publié dans notre tome XIX, page 278, le Rescrit de la S. Congrégation des Indulgences, en date du 27 Février 1886, qui accorde aux Tertiaires de N.-D. du Mont-Carmel neuf bénédictions avec indulgence plénière. La concession est pour les fêtes de Noël, Pâques, etc.; le rescrit ne dit rien de plus. Dès lors, il fallait conclure qu'il n'est pas permis de recevoir ces indulgences la veille de la fête, pas même à partir des premières vêpres : il est inutile pour nos lecteurs d'insister sur ce point ; ils n'ont pu oublier les décrets du 12 Janvier 1878 et du 27 Novembre 1885, d'après lesquels, à moins d'une concession contraire formellement exprimée, le temps accordé pour gagner les indulgences attachées à certaines fêtes court de minuit à minuit.

La Constitution *Misericors Dei filius*, qui règle les indulgences des Tertiaires Franciscains, ne contient, non plus, aucune déclaration ou concession spéciale sur ce point ;

mais des concessions particulières d'abord, et enfin un décret général du 21 Juillet 1888, que nous avons publié en son temps (tome xx, page 467), ont donné plus de facilité. En vertu de ce dernier décret, les Tertiaires franciscains peuvent recevoir la bénédiction avec indulgence plénière la veille du jour indiqué dans la Constitution *Misericors Dei filius*, mais seulement *privatim*; c'est-à-dire que les confesseurs sont autorisés à la donner après la confession de la veille de la fête; mais les Directeurs du Tiers-Ordre ne sont pas autorisés à la donner en public.

Puisqu'il n'y a pas communication d'indulgences et de privilèges entre les différents Tiers-Ordres, la faveur accordée aux Tertiaires franciscains par le décret du 21 Juillet 1888 s'applique à eux seuls; et les membres des autres Tiers-Ordre ne peuvent s'en prévaloir, à moins d'un indult spécial.

Les Révérends Pères Carmes déchaussés ont obtenu ce privilège pour leurs Tertiaires; voici le texte de la concession, que nous trouvons soit dans la Revue mensuelle intitulée : *Chroniques du Carmel*, numéro de Décembre 1893, page 284, soit dans l'*Ordo* de la Province d'Avignon pour 1894 :

Beatissime Pater,

P. Procurator Generalis Carmelitarum Discalceatorum, ad sacrorum pedum osculum provolutus, Sanctitati Vestræ humillime supplicat, quatenus decretum S. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præpositæ, datum sub die 21 Julii 1888, per quod Sodalibus Franciscalibus Tertii Ordinis sæcularis concessum fuit ut Benedictionem cum Indulgentia plenaria pridie diei, quo ipsa in Indice Indulgentiarum ejusdem Tertii Ordinis elargienda recensetur, privatim recipere possint, ad Tertiarios sæculares Ordinis Carmelitici benigne extendere dignetur, ita ut horum quilibet præfatam Benedictionem cum

Indulgentia plenaria in pervigilio dierum, quibus ipsa pro Tertio Ordine Carmelitico per rescriptum ejusdem S. Congregationis diei 27 Februarii 1886 affixa fuit, privatim, h. e. post expletam Sacramentalem Confessionem, accipere possint ac valeant.

Quod, *etc.*

S. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præposita, utendo facultatibus a SSmo D. N. LEONE PP. XIII sibi specialiter tributis, benigne annuit pro petita extensione ad tramitem omnino Decreti d. d. 21 Julii 1888 pro Sodalibus Franciscalibus Tertii Ordinis S. Francisci Assisiensis. Præsenti in perpetuum valituro absque Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem S. Congregationis die 6 Martii 1893.

FR. A. CARD. SEPIACCI, Præfectus.

A. Archiep. Nicopolit., *Secret.*

IV.

Décisions sur l'indulgence toties quoties *attachée à la visite des églises des Carmes le 16 juillet.*

Nous avons publié dans notre tome XXIV, page 351, le Bref de Sa Sainteté en date du 16 Mai 1892, qui accorde, pour la visite des églises de l'Ordre des Carmes, le 16 Juillet, fête de N.-D. du Mont-Carmel, une indulgence *toties quoties* à l'instar de celle de la Portioncule. L'*Ordo* des Carmes de la Province d'Avignon, auquel nous avons déjà emprunté le document qui précède, nous apporte un décret de la S. Congrégation des Indulgences, en date du 21 Août 1892, qui interprète ce Bref. Voici le texte du décret.

1° Utrum gratia nuper a S. V. benigne concessa per Breve diei 16 Maii 1892, qua videlicet : Indulgentia pro die 16 Julii concessa lucrari possit *toties quoties*, valeat etiam pro illis locis

ubi Commemoratio B. M. V. de Monte Carmelo in Dominica sequenti, vel alia Dominica mensis Julii, juxta concessiones Pontificias, celebrari solet, ita ut in illis locis Christifideles, die 16 Julii, sed aut Dominica sequenti aut respective alia Dominica mensis, juxta locorum consuetudinem, Indulgentiam plenariam, *toties quoties*, lucrari valeant?

2° In Breve S. V. die 16 Maii 1892, conceditur gratia lucrandi Indulgentiam plenariam *toties quoties*, pro Ecclesiis Fratrum et Monialium Ordinis B. M. V. de Monte Carmelo, ast de Tertiariis nostris utriusque sexus mentio non fit; quæritur an eorum Ecclesiæ, si publicæ sint, censeantur comprehensæ?

3° An Prior Generalis, vel eo absente, ejus Vicarius Generalis gratiam lucrandi Indulgentiam plenariam *toties quoties*, die 16 Julii, aut respective Dominica sequenti aut alia Dominica Julii, secundum locorum consuetudinem, communicare valeant Ecclesiis in quibus, servatis servandis, Confraternitatem B. M. V. de Monte Carmelo canonice erigunt?

Sacra Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præposita, die 21 Augusti 1892, relatis dubiis respondendum censuit :

Ad 1^um^. *Affirmative* tantum quoad translationem festi B. M. V. de Monte Carmelo in Dominicam immediate sequentem diem 16 Julii, juxta privilegium a f. r. Paulo V tributum Ecclesiis universis Ordinis Carmelitani.

Ad 2^um^. *Negative.*

Ad 3^um^. *Negative.*

L. CARD. SEPIACCI, Præfectus.
A. Archiep. Nicopolit., *Secret.*

V.

N. B. — *In gratiam lectorum horum libellorum periodicorum solutionem aliquam casuum propositorum dare tentavimus. Vix opus est addere, has solutiones nullam præ se fere auctoritatem, sed tantum valere, quantum rationes, quæ afferuntur.*

Nous croyons bien faire de placer en tête de la Dissertation consacrée à chaque question, la question elle-même, afin d'éviter à nos lecteurs l'embarras de la rechercher dans un numéro antérieur (1).

(1) Nous avons publié l'ensemble des cas proposés dans notre dernier numéro, page 60.

I.

De unione inter materiam et formam in Sacramentis.

CASUS.

Titio Episcopo, post absolutam die sabbati majoris hebdomadæ solemnem fontis baptismalis benedictionem, oblatus est infantulus baptizandus. In baptismo autem conferendo casu accidit, ut Episcopus verba quidem proferret « *Ego te baptizo, etc.*, » quin tamen simul aquam funderet, quia ex sacristæ oblivione in vas adhuc immissa non fuerat. Vix id animadvertit cæremoniarum magister, statim vas implevit aqua ex sacro fonte suscepta, quam Episcopus in infantuli caput infudit, formæ verbis non iteratis.

Alia vice idem Titius, cum per ferias Pentecostes in eodem cathedrali templo confirmationis sacramentum puerorum multitudini administraret, ex strepitu, quem lapsus cujusdam pueruli excitavit, dum in eo erat ut illorum unum chrismate liniret, ita commotus fuit, ut in ejusdem fronte unctionem perfecerit, quin tamen verba formæ proferret. Eodem tempore, converso vultu, sciscitatus est quid evenisset, et postquam rei notitiam habuit ac turbam acquievisse cognovit, protulit verba sacramentalia, unctione non iterata, pergens deinde ceteros confirmare.

Quæritur :

1° *Quibusnam partibus Sacramenta Novæ Legis conficiantur et constent?*

2° *Qualis unio esse debeat inter materiam et formam?*

3° *An Sacramenta baptismi et confirmationis, de quibus in casu, valide fuerint collata?*

RESPONSIO.

Responsa ad duas priores quæstiones doctrinam theologicam exponere debent, atque propositi casus solutionem præparare : quam solutionem ipsa tertia quæstio postulat.

Quæstio I.

Ad quæstionem primam respondent verba *Concilii Florentini*, vel potius Instructionis *Eugenii IV ad Armenos*, ubi post brevem sacramentorum indicationem hæc leguntur : « Hæc omnia sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tamquam materia, verbis tamquam forma, et persona ministri conferentis sacramentum cum intentione faciendi quod facit Ecclesia. » Quoniam quæstionem de ministro, qui est causa instrumentaliter efficiens, hic seponere possumus, sacramentum tamquam signum (quod tamen gratiam non solum significat, sed etiam efficit) constat duplici elemento, quæ *materia* et *forma* vocatur. Materia est res illa sensibilis, quæ in singulis Sacramentis adhibetur, eaque in se spectata vocatur materia *remota;* hujus rei applicatio, seu ritus qui cum illa re sensibili in homine peragitur, materia dicitur *proxima.* Verba quæ illum ritum comitantur dicuntur *forma.* Sic aqua est baptismi materia remota, aquæ infusio seu ablutio per aquam est materia proxima ; verba « Ego te baptizo, etc. » sunt forma.

Quid sibi velint hæc nomina materiæ et formæ, manifestum fit ex doctrina *S. Thomæ Aquinatis* (S. Th., III, q. 60), quam ipse a magistris acceptam doctissime illustravit, et post eum scholastici theologi excoluerunt. Sacramentum enim est efficax signum rei sacræ, quod effectum sacrum, quem operetur, sensibiliter exprimere et ante oculos ponere debet. Hoc fit quidem per sensibilem actionem seu materialis ritus functionem ; verum ita nondum fit satis determinate et distincte, quoniam ritus ille diversam significationem habere potest. Quapropter, ut distincta et determinata significatio adsit, verba quæ hanc exprimant, ad materialem ritum accedant oportet. Exemplum rem declarabit. Infusio aquæ natura sua, ut aptissime *S. Thomas* ait, diver-

sas res significare potest, vel refrigerationem vel ablutionem; ut igitur determinate exprimat ablutionem in baptismo, id verbis additis effici debet. Quia autem verba significationem materialis ritus magis determinant, propterea apte vocantur *forma*, ad analogiam rerum corporalium, quæ, ut scholastici docent, ex materia et forma componuntur, et in quibus forma est, quæ materiæ suum determinatum esse seu « esse tale » tribuat.

Qua explicatione via etiam sternitur ad respondendum Quæstioni 2ᵃᵉ.

Quæstio II.

Materia et forma ita conjungi debent, ut unum signum totale efficiant, ut scilicet materiæ applicatio per verba re vera determinatum sensum determinatamque significationem accipere possit et accipiat. Quod alii cum *Busembaum* ita exprimere solent : « Ut sacramentum sit validum, debet inter materiam et formam tanta esse conjunctio, ut secundum moralem hominum æstimationem, spectata natura cujuscumque sacramenti, una alteram afficiat; hoc est, ut verba censeantur cadere in talem rem, et cum ea unum totale signum constituere. » Cf. *S. Alphons.*, l. 6, n. 9.

Rectissime dicitur, *spectata natura cujuscumque sacramenti;* nam in sacramentis pœnitentiæ et matrimonii, quorum prius per modum judicialis actionis, alterum per modum contractus institutum est, multo minor conjunctio seu coexsistentia requiritur, quam in iis sacramentis, quæ hominis quamdam consecrationem continent.

In his sacramentis optima conjunctio materiæ et formæ atque optima materiæ per formam significationis determinatio ea est, quæ habetur per veram coëxsistentiam, ita ut materiæ applicationem minister incipiat antequam prolationem formæ finierit, vel pronuntiare formam incipiat antequam finierit applicationem materiæ. — Verum si imme-

diate, non interjecta mora, applicatio materiæ formæ pronuntiationem excipit, vel vice versa, fundatum dubium de sacramenti valore moveri nequit. Hæc est communissima theologorum sententia. Ex quibus aliqua proferam.

Salmanticenses (Tr. II [*de baptismo*], cap. 3, n. 44) ita habent : « Si tamen, finita ablutione, statim proferret formam, vel finita forma, statim ablueret, censerentur simul moraliter : et ita validus esset baptismus. » Pro qua doctrina ibidem laudantur *Victoria, Sotus, Ledesma, Henriques, Suarez, Laymann, Vega, Toletus*, aliique.

Suarez (in III. *S. Th.*, q. 60 disp. 2, sect. 2, n. 5) de opinione, quæ velit, ut antequam finiatur tota materialis actio, v. gr. ablutio, perficiatur forma, dicit : « Est falsa et improbabilis sententia » ; dein de ea, quæ vetat ut antequam actio materialis finiatur, inchoetur forma, vel e contrario : « Contra hanc sententiam procedunt omnia argumenta facta contra præcedentem. »

Lugo (*Responsa mor.*, lib., 1, dub. 33) : « Communis theologorum sententia non exigit simultatem mathematicam, sed moralem inter materiam et formam sacramenti. Nec contraria sententia videtur probabilitatem habere, quum non sit sufficiens fundamentum ad simultatem illam mathematicam exigendam. »

Ex nostræ ætatis scriptoribus *Ballerini-Palmieri*, (*Op. theologicum mor.*, Tr. 10, sect. 1, n. 7) : « Censent communiter DD., validum esse sacramentum, si moraliter uniantur (sc. materia et forma) : ad quod sufficit, si ablutio v. gr. fiat immediate post prolatam formam. »

Bucceroni (*Institutiones mor.*, de sacr. in gen., n. 19) : « In composito autem morali, quale est sacramentum, sufficit moralis unitas, excepta Eucharistia, quæ physicam simultatem omnino requirit, quum pronomen « hoc, hic » verificari non possit, nisi materia sit præsens. Neque vero refert,

quænam prius ponatur (materia, an forma), excepta pœnitentia. »

Marc (*Institutiones mor. Alphons.*, n. 1402) « In Baptismo, Confirmatione, Extrema-Unctione et Ordine, sufficit ad valorem, ut materia applicetur immediate antequam pronuntietur forma, vel immediate postquam prolata sit ».

Cajetanus quidem cum paucissimis aliis sacramenti valorem in dubium vocat, nisi applicatio materiæ incipiat antequam forma sit finita, vel vice versa. Equidem S. Alphonsus in *Exam. ordinandorum*, n. 6, dicit : « Sententia autem, quod sufficiat applicare materiam immediate ante vel post prolationem formæ, est tantum probabilis, non autem moraliter certa, uti requiritur, ubi agitur de valore sacramenti ex propos. I damn. ab *Innoc. XI*, ideoque non est practice certa. « Attamen in majore opere *Theol. mor.*, *lib. 6, n. 9*, rejicit sententiam Cajetani : « Ratio quia, in composito morali, quale est sacramentum, sufficit moralis simultas. Et de hoc videtur non posse dubitari : nam ut mox diximus de baptismo, semper ac ablutio non fit, dum actu profertur verbum « baptizo », ablutio non verificatur nisi per unionem moralem : hæc autem unio tam erit moralis, si fiat ablutio immediate antequam forma absolvatur, quam si fiat immediate post. « Quare etiam Marc, S. Alphonsi interpres, verba illa ex *Exam. ordinandorum* deprompta, omnino negligit, et pro doctrina S. Alphonsi eam sententiam exhibet, quæ sufficere dicit ad valorem sacramenti, ut forma et materia se immediate excipiant. Vide etiam *Th. mor.* (1), II, n. 13 et 14.

Quare ex industria quidem ita agere non licet, siquidem sit contra præceptum et ritum Ecclesiæ ; sed illum modum practice certum habeo, quatenus quæritur de valore sacra-

(1) Intelligitur hac indicatione semper Lehmkuhl, *Theologia moralis*. Numerus latinus volumen, arabicus numeros marginales notant.

menti ita collati. Addo rationem, quæ mea opinione rem evincat, præcipue pro casu, quo *forma præcedit*. Nam verba prolata verissime actioni, quæ immediate sequitur, significationem suam et vim exprimunt eamque determinant; verum id est proprium formæ munus, ut reliquam actionem ritualem ad certum sensum et significationem determinent; ergo omnia rite peracta habemus, atque frustra aliquid amplius quæritur. Ex hac quidem consideratione aliquis dubiolum concipere poterit circa valorem ritus sacramentalis, si materiæ applicatio præcedat, forma immediate sequatur; siquidem actio, qua materia applicatur, non videtur sufficientem determinationem habuisse neque eam accipere posse quando jam amplius non existat. Attamen, quum totus ritus sacer nondum sit finitus, etiam applicatio materiæ non censetur simpliciter præterita, sed moraliter adhuc præsens; quare per verba immediate subsequentia recte determinari adhuc potest et effici.

Attamen mora aliqua, etiam brevis, magis etiam actio extranea interjecta, facile reddit valorem dubium. Quare non sine ratione S. Alphonsus, lib. 6, n. 9, post rejectam opinionem Cajetani, ait : « Hæc tamen unio diversa esse debet pro diversitate sacramentorum... Major enim unio certe requiritur in baptismo, ubi mora unius *Pater noster* invalidaret sacramentum ». Equidem dicerem : quamquam non certo redditur valor nullus, tamen *fit dubius;* id quod pro praxi parum refert; quum in utraque suppositione sacramentalis ritus sit repetendus.

Quæstio III.

Reliqua est Quæstio 3 : Sintne sacramenta baptismi et confirmationis, *de quibus in casu*, valide collata ?

Substantia casus enarrati erat hæc.

1. *Quoad baptismum*, quum baptizans pronuntiaret for-

mam et simul vellet aquam infundere, reperit vasculum vacuum; quo statim per cæremoniarium impleto, post absolutam formam aquam infundit.

R. Cæremoniarius, si attente assistebat, defectum non potuit non advertere, antequam Episcopus finiret formam baptismi; quare si celeriter pro munere suo defectum supplevit, Episcopus potuit immediate post formam vix finitam aquam infundere. Si igitur ita actum est, baptismus censeri debet validus, nec repetendus. Verum si propter stuporem et perturbationem morula aliqua intercessit, vel si hoc dubium manet, cautius erit, baptismum sub conditione repetere : quæ erit obligatio, si mora fortasse usque ad tempus, quo *Pater noster* vel *Ave Maria* recitari solet, protracta fuerit.

2. *Quoad confirmationem*, post unctionem factam interruptio intercessit, quum Episcopus, audito tumultu propter lapsum pueri exorto, causam sciscitetur et dein, turbatione cessante, formam confirmationis pronuntiet.

R. In hoc casu materia et forma saltem non immediate se exceperunt. Non solum mora aliqua, fortasse ultra tempus unius *Pater noster*, sed etiam actio extranea interposita est. Quapropter censeo *dubium* esse sacramenti valorem, idque eo magis, quod forma unctionem non præcessit, sed aliis rebus interjectis secuta est. Dico valorem *dubium*, non certo nullum : quia tota compositio Episcopi confirmationem administrantis mansit ut viri in sacro ministerio occupati, ea quæ interponebantur manifeste se prodebant ut ad rem non pertinentia, ac proin omnem moralem unionem inter unctionem et formam certo defecisse difficulter probatur.

Verum sufficit fundatum dubium, ut stare debeamus pro repetitione conditionata sacramenti. Quæ si postea difficilior evaserit, in hoc sacramento non necessario excusatio aderit et ratio, cur repetitio omittatur.

II.

De intentione ministri.

CASUS.

Titius, postquam triginta annis plebanum egisset, parochiam dimisit, privatam vitam in eodem oppidulo ducens. Accidit paulo post, ut quadam die bene pastus et melius potus subito deficeret. Arcessitur festinanter Caius sacerdos, qui Titio in officio parochi successerat.

Moribundus totam vitam in confessione Caio pandens inter alia ait : « Ego per triginta annos omnes hujus loci infantes et teipsum baptizavi, sed timeo ne invalide. Nam impiæ sectæ inde a juventute addictus eo brevi deveni, ut christianæ fidei animo penitus valedixerim, eam pro vana fabula habens. Quoties autem ad sacramenta ministranda vocabar, toties, ut me in officio servarem, parochianis morem gerebam ; ratus tamen nil aliud facturum, nisi rem ludicram et prorsus inutilem. Hinc non tam minister, quam potius irrisor sacramentorum extiti. »

His auditis, horrescit Caius, eo vel magis, quod Titium semper viderat sacramenta administrantem vultu et toto corporis habitu ad devotionem composito. Animadvertens autem eumdem jam animam agere, eum sub conditione absolvit.

Quæritur :

1° *An et quænam intentio requiratur in ministro ad sacramenta valide conficienda?*

2° *Utrum Titius valide sacramenta ministraverit?*

3° *Utrum Caius eum valide absolverit?*

4° *Quid jam Caio circa suum et parochianorum baptismum agendum sit?*

RESPONSIO.

Substantia rei hæc est : Titius, ex animo apostata, christianam fidem pro fabula habens, nihilominus parochiale

beneficium retinens et parochianis morem gerens, sacramenta, quæ intus irridebat, ministrare perrexit.

Quæstio prima.

An et quænam intentio requiratur in ministro ad sacramenta valide conficienda.

R. Minister sacramentorum causa quidem instrumentalis est, quum Christus et Deus sit causa principalis quæ effectum producat; at minister est instrumentum humanum, et quà homo agere debet. Verum quà homo non agit, nisi voluntate seu intentione; erga aliqua intentio omnino requiritur.

Quænam vero intentio requiratur, breviter exprimit *Instructio ad Armenos* (*Eug. IV* in Concil. *Florentino*), in qua dicitur : « Sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tamquam materia, verbis tamquam forma, et persona ministri conferentis sacramentum *cum intentione faciendi quod facit Ecclesia* ».

Celebris evasit nihilominus quæstio, utrum requiratur intentio vere interna, an sufficiat intentio quam dicunt externam, i. e. voluntas et exercitium solius externi ritus, externe serio peracti. Quam posteriorem intentionem sufficere putavit *Catharinus* aliique post eum. Verum hodie hæc opinio fere obsoleta est. *Benedictus XIV*, *de syn. diœc.*, l. 7, cap. 4, n. 8, dicit, isti opinioni grave vulnus inflictum esse ab *Alex. VIII*, proscribente hanc thesim (28) : « Valet baptismus collatus a ministro, qui omnem ritum externum formamque baptizandi observat, intus vero in corde suo apud se resolvit : Non intendo quod facit Ecclesia ».

Et re vera quilibet ritus sacramentalis eatenus effectum producit, quatenus nomine Christi, qui sacramenta instituit, peragitur, non quatenus hic ritus materialis est et ab homine

quocumque ponitur. Nemo autem nomine Christi agit, i. e. nomine alieno, nisi velit : quidquid enim ago, ex natura actionis ago nomine proprio, nisi mandatum alienum hujusque mandati acceptatio, id est positiva voluntas alieno nomine agendi accedat. (Vide de hoc *Theol. mor.*, II, n. 24-26 sq.).

Attamen sufficit ad valorem omnino ejusmodi ministri intentio, quæ *reductive* sit intentio agendi nomine Christi, seu faciendi quod facit Ecclesia. Quare, si modo hæc intentio non excludatur positive, sufficit velle peragere ipsum illum ritum, quem Christiani pro sacro habent, et sicut illi eum exercent. Nisi enim hoc sufficeret, concipi non posset, quomodo quilibet homo, etiam infidelis, valide posset baptizare : quod fieri posse, *de fide* est. (Cf. de hoc. *Theol. mor.*, II, n. 26).

Hæc de intentione, quatenus explicandum est, in quodnam intentio ferri debeat. Aliud restat paucis indicare, videlicet modus, quo intentio existere debeat, utrum adesse debeat intentio actualis in ipsa sacramenti collatione, eaque expresse concepta, an sufficiat virtualis eaque implicita. Posteriorem sufficere, extra omnem controversiam est, quia cum ea actio ut talis vere est humana. Quare sufficit intentio, quæ concipitur eo ipso quod minister vocatus ad sacrum ministerium et sciens de qua re agatur, pergit ad ecclesiam, vel sacris vestibus se induit, vel simile quid facit; neque necesse est in actu sacramentalis ritus amplius quid expresse de hac re cogitare. — De habituali autem intentione necesse non est quidquam addere, quia homini, quando rationis compos est, impossibile est agere et solum habitualiter agere velle seu solam habitualem habere intentionem (*Th. mor.*, II, n. 24, et I, n. 4).

Quæstio secunda.

Utrum Titius valide sacramenta ministraverit?

Ut huic quæstioni respondeam, utile duco, administrationem baptismi a reliquorum sacramentorum administratione sejungere.

Ut baptismata collata valida censeantur, nihil aliud inquiri debet, nisi hoc unum, utrum intentio in conferendo baptismo sufficiens adfuerit; nam materiam et formam totumque externum ritum servatum esse, hic supponitur. Quod Titius christianam religionem ac proin sacramenta pro re inani et ludicra habuerit, nondum efficit, ut intentionem sufficientem non habuerit. Potuit enim nihilominus ritum illum sic perficere velle, sicut postulabatur a parochianis; imo quia parochianis suis morem gerebat, actio Titii natura sua id secum ferebat, ut eam poneret secundum petitionem eorum. Quare censeo, baptismata valida esse, nisi Titius voluntatem ponendi ritum sacrum, vel agendi nomine Christi, vel faciendi quod facit Ecclesia, positive et prævalenti intentione excluserit. Quodsi hanc pravam voluntatem habitualiter fovit, in omnibus et singulis casibus, etsi expresse eam non renovaverit, baptismus invalidus vel saltem summopere dubius evasit. Verum hoc in casu enarrato non dicitur, innuitur potius contrarium; nihilominus bonum fuerit, si possibile est, de hoc breviter interrogare.

Valor autem reliquorum sacramentorum administratorum non solum ab intentione dependet, quam Titius in iis conferendis habuit, sed etiam a valore presbyteratus quem Titius suscepit. Si enim, ut casus videtur innuere, jam tum temporis christianæ fidei penitus valedixerat, hæc animi dispositio longe facilius excludere potuit intentionem quæ requiritur in suscipiente, quam intentionem quæ requiritur in administrante sacramentum.

Nam sicut minister ritum sacramentalem a se ponendum velle debet *saltem reductive ut sacrum*, ita etiam suscipiens ritum circa se exercendum velle debet *saltem reductive ut sacrum*; verum id facilius obtinet in incredulo ministro, quippe qui facilius se adaptet petentibus, quam in incredulo subjecto, pro quo hæc ratio sese adaptandi non adest.

Sola matrimonia parochianorum, nisi eorum baptismus probetur invalidus, valide contracta sunt coram Titio; neque refert, qualem intentionem habuerit in assistendo, neque, utrum valide ordinatus sit, an secus : nam illum defectum quoad legitimum titulum assistendi matrimonio Ecclesia snpplere potest, et propter titulum coloratum cum errore communi certo supplevit.

Quæstio tertia.

Utrum Caius Titium valide absolverit.

Sumitur sane, Titium concepisse nunc in mortis periculo veram fidem, verumque dolorem de peccatis, cum aliis actibus supernaturalibus ad justificationem necessariis. In qua suppositione dubium jam non est, ex parte Ecclesiæ cuilibet confessario vel sacerdoti inesse potestatem Titii absolvendi ab omnibus etiam gravissimis peccatis et censuris — utut pro casu reconvalescentiæ recursus ad superiorem imponi debeat. Sed quoad sacramentalem absolutionem tota res pendet ab eo, utrum Caius rite sit ordinatus presbyter, an non; idque in nostro casu pendet a valore baptismi, quo Caius olim a Titio baptizatus est. Si baptismus, secundum ea, quæ supra in 2ª quæstione notata sunt, validus fuit — ut videtur fuisse — Caius rite potuit Titium absolvere. Si baptismus et hinc ordinatio Caii dubia manserunt, Caius potuit et debuit nihilominus in defectu alterius confessarii sub conditione absolvere; debuit tamen antea a Titio postulare facultatem utendi notitia confessionis, quatenus necessarium fuerit

ad defectus in sacramentis a Titio commissos reparandos : quod si si ille annuere noluerit, indispositus et incapax fuit absolutionis accipiendæ. Si vero de hac re, ne per nutus quidem, Titius agere potuit, sub conditione erat absolvendus.

Quæstio quarta.

Quid jam Caio circa suum et parochianorum baptismum agendum sit.

Circa hanc quæstionem operæ pretium est facere plures diversas suppositiones.

I^a Suppositio, Caium, audita narratione Titii, jam nihil amplius potuisse inquirere et tractare, eo quod Titius cœperit sensibus destitui et mox sit defunctus.

Existimo, in tali suppositione nihil agendum, neque esse gravem rationem, cur putemus baptismata aliave sacramenta a Titio administrata esse invalida.

a) Non enim adest ratio putandi, Titium invalide esse ordinatum; si enim hanc impiam voluntatem habuisset, quæ exclusisset intentionem ad suscipiendos ordines necessariam, id in sua confessione nunc positive addidisset. *b*) Si vero revera sacerdos factus erat, et parochiam susceperat, interna defectio a fide non obstat valori sacramentorum a Titio administratorum. *c*) Obstaret quidem positiva voluntas, si quam Titius habuisset, nolendi agere in persona Christi seu nolendi omnino ritum quà sacrum; sed si Titius hunc animum gessisset, in sua confessione non dixisset, *se timere* ne invalides acramenta contulerit, sed tum certus erat de hac re.

Ergo practice pro validis sumere debemus et baptismos et alia sacramenta collata a Titio. Id eo magis, quod aliter agi seu conditionate sacramenta repeti, saltem *omnium* baptismata, vix possint, quin grave periculum creetur violandi sigillum sacramentale; siquidem omnem notitiam, quæ ansam dare potest suspicandi de nullitate sacramentorum, Caius

habet ex confessione sub sigillo clausam. Sigillum autem confessionis in nullo casu lædere licet, etsi ageretur de valore quorumcumque sacramentorum.

II^a Suppositio fieri potest, ea, quæ in I^a suppositione ex ipsa natura narrationis conclusi, accuratiore inquisitione re ipsa per Titii confessionem confirmata esse. Quæ suppositio inutilis est; nam novum quid non affert, quod practice sit agendum; sed confirmat tantum, omnia rite facta esse, neque oportere quidquam suppleri.

III^a Suppositio. Caius ulteriore inquisitione invenit, Titium nulliter egisse, vel valorem esse vere dubium; atque Titius dedit licentiam utendi hac notitia, quantum necessarium fuerit.

Quo in casu maxime curandum erit, ut Caius rite baptizetur atque reordinetur : quod quidem in tali casu secreto fieri debet, neque fuerit difficultas obtinendi a S. Sede potestatem recipiendi eodem die cum confirmationis sacramento etiam omnes ordines; imo si res urgeat, in tali casu sine formali dispensatione Episcopo ita agere licebit. Idem in aliis faciendum erit, si qui alii a Titio baptizati in iisdem circumstantiis existant.

Dein inquiri debet quinam sint, qui a Titio sint invalide baptizati. Quodsi illis nullitas vel dubium baptismi manifestari potest, post actum doloris de omnibus peccatis baptizentur secreto et sine cæremoniis; si vero difficilius erit hoc manifestari, etiam ipsi inscii vel non advertentes privatim baptizari possunt. Sic v. g. sacerdos, domi eos visitans, aqua lustrali eos copiosius aspergere poterit, secreto proferens verba « Ego te baptizo », et altius sola verba « in nomine Patris, etc. » quo tegatur actio baptizandi. Hic modus vix relinquet dubium de baptismi valore; nam sine dubio ii, qui catholice vivunt, omnes habuerint aliquando voluntatem baptismi, scilicet vel approbando receptum, vel desiderando

baptismum si non receperint : quæ voluntas, quum non sit retractata, videtur baptismum satis voluntarium reddere. (Cf. *Gobat, Theol. experim.*, tr. II, n. 213; *Gury, Casus consc.*, II, n. 188). Nihilominus, si fieri potest, tutius erit monere sive singulos, sive parochianos in commune, optimum esse fovere desiderium, ut Deus velit curare supplendos defectus, si qui in suscipiendis sacramentis occurrerint. Quod desiderium qui conceperit neque retractaverit, certo omnino retinet voluntatem ad baptismum valide suscipiendum necessariam.

IV^a Suppositio. Titius quidem, ut repertum est, non baptizavit valide, sed usum liberum notitiæ dare noluit.

Quo in casu omnino standum est sigillo sacramentali. Ergo solum tum in singulis quibusdam casibus baptismus repeti potest, ubi id possibile fuerit, nemine, ne baptizando quidem, id advertente vel saltem causam nullatenus suspicante. — Simile quid de ipso Caio rebaptizando et ordinando dici debet. Nisi enim aliud quid prætexere cum restrictione late mentali possit, quo inducat ministrum ad repetenda sibi sacramenta, potius sine baptismo et sine sacris ordinibus manere debet, pro sua propria salute contentus actibus perfectæ caritatis et contritionis, quam prodere sigillum sacramentale, omnia alia relinquens divinæ providentiæ.

Summa difficultas in hac suppositione videtur esse relate ad functiones sacerdotales prosequendas in posterum. Si fingimus casum, quo eas omittere impossibile fuerit, nisi causa indicetur : certissimum est, Caium potius debere ficte peragere functiones sacras, quam sigillum sacramentale lædere. Sed hæc revera est, vix non semper, difficultas fictitia. Potest et debet Caius occasionem et ansam quærere dimittendi parochiam et abstinendi ab omni functione sacerdotali, nisi invenerit modum et prætextum, quo rebaptizari et reordinari potuerit.

DÉVELOPPEMENT DU DOGME (1).

I.

SA NATURE.

Il n'est pas question, sous ce titre, de nouveaux dogmes ajoutés dans la suite des temps à la révélation faite par N.-S. à ses Apôtres ; cette révélation n'existe pas. Dans l'ancien Testament, se succédèrent, de temps à autre, de nouvelles révélations. Jésus-Christ les a renouvelées, expliquées ; selon la mesure du bon plaisir de son Père, il a révélé d'autres vérités, inconnues jusqu'à lui. Toute cette divine révélation n'a été faite dans son entier qu'aux seuls Apôtres ; ceux-ci, envoyés par l'autorité de Jésus-Christ, guidés par l'Esprit-Saint, ont communiqué en termes précis et adéquats les doctrines révélées à la société des chrétiens. A leurs successeurs dans l'office d'enseigner, *Ecclesia docens*, incombe le devoir de transmettre ces doctrines apostoliques ; et ils ont reçu, pour s'acquitter efficacement de cette mission, cette assistance de l'Esprit-Saint promise par N.-S., quand il leur disait dans la personne des Apôtres : « Je serai avec vous jusqu'à la fin des siècles. »

Les Protestants dénaturent parfois la doctrine catholique sur ce point. C'est ainsi que Endell Tyler, dans son livre : *Le culte de Marie et l'Église de Rome*, page 16, écrit :

(1) Cet article est celui qui est extrait de l'ouvrage du R. P. Livius, et que nous avions promis de publier (V. plus haut, page 105.)

« Dieu, *disent les catholiques*, n'a point communiqué sa révélation entière lors de la première prédication de l'évangile ; mais il fait à son Église des révélations successives sur des doctrines fondamentales. Conséquemment, il n'est pas nécessaire, d'après eux, de faire voir que tel ou tel point se trouve dans l'Écriture, ou qu'il a été admis par la primitive Église ; car, disent-ils, Dieu a pu le révéler quand il l'a jugé à propos, et l'Église est le seul juge de la réalité de pareilles révélations : son tribunal est sans appel. »

C'est là se méprendre complètement sur ce que les catholiques entendent par le *développement du dogme*. Il n'est que l'éclaircissement progressif des vérités une fois révélées, leur élucidation, leur commentaire, devenant d'âge en âge plus net, plus précis et plus ample, sans accroissement de la substance de la foi. Protégée par l'Esprit-Saint, l'Église enseignante recherche, trouve et définit les conséquences nécessaires des paroles du Christ. Constituée héritière, gardienne et organe infaillible de la doctrine apostolique, aidée par Dieu, elle enseigne toujours, malgré les progrès du développement de son dogme, identiquement les mêmes dogmes que les Apôtres. D'autre part, c'est un devoir divinement imposé à l'Église de manifester, d'interpréter, d'expliquer et de définir la Révélation. Elle accomplit ce devoir en proposant parfois à notre croyance explicite des vérités admises auparavant d'une foi implicite seulement. Ces vérités étaient réellement contenues dans le dépôt originel de la foi, comme une proposition est contenue dans une autre, une conclusion dans un principe, un point particulier dans une vérité générale.

On pourrait objecter ici le célèbre principe de S. Vincent de Lérins : « Id teneamus, *dit le Saint*, quod ubique, quod semper, quod ab omnibus creditum est. » Voici notre réponse. Les vérités qui réunissent ces trois notes, sont cer-

tainement des dogmes contenus dans la Révélation ; S. Vincent ne veut pas dire qu'elles soient les seules. Il admet bien et décrit lui-même le progrès du dogme, et l'évolution que suit une vérité admise implicitement d'abord, pour devenir enfin de foi explicite. « Quelqu'un demandera peut-être, *dit-il*, est-ce qu'il n'y a donc pas de progrès dans l'objet de notre foi ? Oui, ce progrès existe ; et même, efforçons-nous de lui faire atteindre son plus haut degré, mais sans changement pour la foi. Que la religion imite le développement de nos corps : petits sont les membres de l'enfant, plus développés ceux du jeune homme ; et cependant, ils restent les mêmes. Tel est le nombre des articulations chez l'enfant, tel il reste dans un âge plus avancé ; il ne survient rien de nouveau ; tout était déjà dans l'enfant, caché comme dans une semence... Ainsi doit progresser la doctrine de la religion chrétienne... Nos pères ont semé dans le champ de l'Église le froment de la foi ; qu'on le fasse mûrir, qu'on l'aide à se développer jusqu'à la dernière perfection. Car il est juste que ces anciennes doctrines soient, avec le temps, travaillées, achevées et polies ; mais ce serait un crime de les changer ou de les mutiler. Oui, qu'on y répande la lumière, qu'on leur donne de la netteté, mais sans les altérer. L'Église ne change rien aux dogmes qui lui sont venus de l'antiquité ; elle n'en diminue rien, n'y ajoute rien ; une seule chose lui est à cœur, c'est d'entourer de ses soins fidèles et prudents ces doctrines. Elle travaille et polit celles qui sont encore à l'état d'ébauche et peu formées, *infirmata et inchoata ;* affermit celles qui sont déjà développées et éclaircies ; garde et défend celles qui ont été ratifiées et définies. Dans les décrets de ses conciles contre les nouveautés des hérétiques, elle a consigné par écrit ce que lui avait transmis la tradition des ancêtres ; elle a réuni en peu de mots bien des doctrines ; par suite de l'intelligence plus claire qu'on en avait acquise, elle

les a désignées pour la plupart sous un nom nouveau, mais non dans un sens nouveau. » (Edit. Migne, t. L, p. 683).

II.

COMMENT S'OPÈRE LE DÉVELOPPEMENT DU DOGME.

Combien d'objets dans la nature, qui, à première vue, semblent ne faire qu'un seul tout, et qui cependant, sous la persistance du regard, finissent par laisser voir des accidents réels et multiples? Ainsi en est-il de la vérité : telle vérité, qui nous semblait au premier abord une, simple et indivise, sous la persistance du regard de l'esprit, nous montre des aspects différents, nous révèle des points latents, etc. Appelons-les *concepts objectifs implicites : Concepts*, parce qu'ils sont des conceptions de notre esprit; *objectifs*, parce qu'ils sont pris de l'objet; *implicites*, parce qu'ils ne paraissent pas clairement, et sont vraiment contenus d'une manière implicite dans la féconde totalité de l'objet considéré. Ainsi, le principe contient en toute vérité, mais implicitement, ses conclusions, bien qu'elles n'apparaissent pas au premier coup d'œil. Ces concepts objectifs, ces vérités implicitement contenues dans une autre, par quel procédé personnel, subjectif, arrivons-nous à les extraire de leur enveloppe, et leur faisons-nous subir un développement dans notre esprit?

Et ce développement, comment le définir? C'est un travail de l'esprit, par lequel une vérité implicitement contenue dans une autre, nous devient explicitement connue.

Toute la question du développement du dogme dans l'Église consiste dans la manifestation de ces concepts objectifs qu'une vérité révélée peut implicitement contenir. Il se peut que notre intelligence, par l'étude et la discussion, saisisse mieux, d'une manière plus claire, un mystère explicitement révélé : c'est un progrès, ce n'est pas celui dont

nous voulons spécialement parler. Le vrai développement du dogme naît de la déduction, qui produit un enseignement et une foi graduellement plus explicite de vérités implicitement révélées. C'est un ensemble de jugements régulièrement déduits de vérités proposées dans leur unité et leur intégralité par les Apôtres, jugements que l'Église a déclarés infailliblement vrais.

Exemple. Il a été révélé explicitement que Jésus-Christ est Dieu. Je réfléchis à cette vérité, et je me dis : Si Jésus-Christ est Dieu, il doit posséder la nature du Père, il est donc consubstantiel avec lui. Cette idée de consubstantialité est, dans mon esprit, l'appréhension d'un concept objectif, implicitement contenu dans la divinité du Fils, qui a été proposée à ma foi comme un tout simple et indivis.

C'est donc une condition essentielle à tout véritable développement, que son objet, c'est-à-dire le concept implicite, soit saisi de telle façon qu'il forme dans l'esprit une idée réelle sur laquelle celui-ci puisse travailler... L'esprit tourne et retourne, s'il lui plaît, cette idée, examine tous les points de vue et les côtés lumineux, compare entre eux ces différents aspects, au besoin appelle à son secours des idées qu'il possédait déjà et qui ont une certaine affinité avec le concept implicite maintenant découvert. Ainsi résultent un certain nombre d'autres concepts sur lesquels notre raison prononce son jugement. Ces concepts sont d'ailleurs plus ou moins justes, plus ou moins complets, plus ou moins variés : cela dépend du caractère, de la disposition, de l'attention des différents esprits, de la force d'intelligence, de la justesse de l'appréhension du premier concept sur lequel on a travaillé, de l'étude plus ou moins approfondie qui a été faite, des aspects plus ou moins nombreux envisagés...

Voilà donc la première étape dans la marche du développement : l'analyse ou la résolution d'une idée dans ses parties

intégrantes ou concepts particuliers; la seconde est une synthèse. Il faut vérifier ces différents concepts subjectifs, constater s'ils sont régulièrement déduits, s'ils appartiennent bien à la première appréhension donnée. Puis, on prononce son jugement sur tous ces facteurs, on détermine leur place, leur importance respective. Enfin, on rétablit l'harmonie, ou plutôt l'unité, en ajustant ces concepts entre eux et avec le concept primitif, en reconstituant un tout complet, une unité intégrale.

Tel est le travail auquel se livre l'esprit pour le développement d'une vérité quelconque; appliquons ces notions aux doctrines de l'Église. La Révélation a été faite exclusivement aux Apôtres, et les vérités de foi ont toutes leur source dans leur prédication. Ils en firent un exposé précis, en termes définis et formels; il en est résulté dans l'Eglise une connaissance nette et déterminée de ces vérités. Les chrétiens savaient donc et saisissaient clairement ce qu'ils devaient croire d'une foi explicite. En ce qui concerne les vérités implicites, les corollaires, les conséquences, les déductions, en un mot les parties intégrantes de chacune des vérités, furent dès l'abord ou bien enseignés explicitement, ou au moins connus et admis implicitement, comme étant réellement contenus en termes génériques, dans les différentes vérités explicites de la Révélation.

C'est dans cette totalité que la foi fut communiquée aux successeurs des Apôtres; c'est ainsi que ces derniers l'ont comprise, prêchée et transmise par la tradition. Qu'on se garde bien de croire que l'appréhension de ces vérités implicites fût peu de chose. D'abord, les Apôtres en avaient reçu la connaissance par inspiration directe et immédiate, comme l'atteste l'Écriture; l'appréhension de ces vérités était chez eux, sans comparaison, plus précise, plus pleine et plus pénétrante que pour tout catholique non inspiré, contemporain

ou d'une époque postérieure (*Dublin Review*, Oct. 1865, p. 333). Car c'est à eux spécialement que Jésus-Christ a dit : « Il vous enseignera toutes choses et vous rappellera tout ce que je vous ai enseigné. Tout ce que j'ai entendu de mon Père, je vous l'ai communiqué » (J., XIV, 26; XV, 15). Ce serait tomber dans une proposition condamnée par tous les théologiens, et même taxée de téméraire par Suarez, que de soutenir qu'aucun docteur subséquent ait eu une foi plus explicite que celle des Apôtres.

Et quant aux vérités implicites, qui, avec le temps, ont été proposées à la croyance des fidèles, il en est, selon Suarez, qui appartiennent à la substance même des mystères : par exemple, que Jésus-Christ a deux volontés, que la nature du pain disparaît par la consécration, etc. Nous devons croire que ces propositions étaient connues explicitement par les Apôtres; l'intelligence des Écritures et des mystères de la foi était parfaite chez eux. D'autres vérités sont contingentes; par exemple, que tel est le véritable Pape, que tel concile est vraiment œcuménique, etc. Rien n'exigeait, dans les Apôtres, la connaissance explicite de semblables propositions; il n'y avait aucun besoin de leur révéler tout l'avenir. A part cela, l'appréhension de la révélation était complète chez eux, et l'intuition qu'ils en avaient, très grande (Suarez, *De Fide*, Disp. 11, sect. 6).

Quant aux successeurs des Apôtres, certains auteurs donnent à entendre qu'on peut dédaigner comme insignifiants les premiers pas dans la marche du développement du dogme. Il faut au contraire dire que ce fleuve du développement doctrinal dans l'Église, atteint sa plus grande largeur à sa source. Comment contester aux successeurs immédiats des Apôtres, ces princes de tous les théologiens, une connaissance supérieure à celle des théologiens des âges postérieurs? Ce qui pouvait manquer dans le détail était plus que com-

pensé par la force, la profondeur, l'empreinte plus durable, une plus vive énergie. Ainsi les déclarations des premiers écrivains sur la divinité de N.-S., sont plus fermes que chez les Pères qui sont venus ensuite ; qui trouvera jamais en défaut saint Clément et saint Ignace? De même pour la sainte Vierge; saint Irénée et l'auteur de la seconde lettre à Diognète ont une doctrine plus relevée que celle d'Origène (*Dublin Review,* Janv. 1869, p. 38).

On nous objectera peut-être que certains Pères se sont exprimés sur des points, maintenant de foi, en termes tout à fait contraires aux définitions de l'Église. Tels non seulement saint Hippolyte et Origène, mais même saint Denis d'Alexandrie sur la consubstantialité du Verbe. Nous répondons, en premier lieu, que l'hésitation et l'opposition de ces Pères était plutôt scientifique, provenait non d'une conception erronée du dogme en lui-même, mais de la difficulté qu'ils éprouvaient à mettre en harmonie le point de vue particulier sous lequel ils l'envisageaient, avec tout le dogme. Ainsi saint Denis niait la consubstantialité, parce que, d'après sa manière de voir, ce terme ne rendait pas correctement, l'idée de la foi : Le Verbe est Dieu. Sa foi n'était pas en défaut, mais sa science théologique. Nous nous figurons que les grandes vérités de la Révélation furent imprimées par les Apôtres, en grandes lignes, nettes et bien marquées, dans l'esprit et le cœur des chrétiens, comme des idées unes, des unités simples et indivises. Les premiers docteurs auront gardé et la méthode et les termes mêmes des Apôtres; puis, la méditation et la réflexion faisant surgir de nouvelles idées, révélant de nouveaux aspects, ce qui d'abord se concevait comme un tout, comme une unité simple, aura paru multiple. Alors ces divers concepts auront été soumis à l'analyse, à l'examen des théologiens; on aura voulu examiner leur liaison, leur orthodoxie; il aura fallu trouver une réponse

aux difficultés, dissiper les divergences, et on se sera risqué à émettre des explications, des opinions, pour combiner et accorder le tout. Cela suffit, nous semble-t-il, pour expliquer qu'un Père, tout en restant orthodoxe dans sa croyance implicite et générique à tout ce que pouvait contenir une vérité révélée, a pu être amené à se former un jugement erroné sur un point spécial, encore libre, de cette même vérité. Aussi comprend-on que ces Pères ne sont pas pour cela déclarés hérétiques, et n'ont point perdu leur grande réputation. Toutefois, il faut remarquer que, si un Père se trompait ainsi, son opinion allait toujours à l'encontre du courant général, du sentiment le plus commun parmi les chrétiens.

Il allait surtout à l'encontre de l'invariable enseignement de l'Église de Rome. Dans les multiples controverses qui se sont successivement élevées entre les Églises particulières ou les théologiens, Rome a toujours défendu la vraie doctrine : par exemple, dans la question pascale, le baptême des hérétiques, la consubstantialité, le *Filioque*, etc. Les églises particulières, tout en conservant dans toute leur vigueur certaines parties de l'enseignement apostolique, ont pu en laisser s'affaiblir d'autres; Rome a toujours gardé intact le dépôt entier du trésor des Apôtres. Bienheureuse cette Église, s'écrie Tertullien ; les Apôtres ont versé dans son sein toute eur doctrine en même temps que tout leur sang (*De Præscript.*, 36).

Disons maintenant que les jugements qui sont ainsi le résultat de la discussion et de l'analyse, peuvent servir de préparation au développement du dogme, mais restent par eux-mêmes faillibles, même s'ils viennent d'un Père ou d'un Docteur. Seule, l'Église, par l'organe de son Chef, d'un concile général, ou l'enseignement universel des Évêques, nous fait connaître infailliblement la valeur de ces jugements et leur

rapport avec la Révélation. Elle passe au crible ces jugements, accepte les uns, réprouve les autres; ceux qu'elle accepte font seuls partie de ce développement régulier et vrai qui doit nécessairement exister dans un corps vivant comme l'Église catholique.

Et une définition de l'Église n'est pas un nouveau dogme; c'est l'énoncé d'une vérité déjà divinement révélée, inséparable de la correcte intelligence de cette vérité, nécessaire pour la protéger contre des enseignements erronés. Ce n'est point une augmentation substantielle du dépôt originel de la révélation; celui-ci a été livré en entier aux Apôtres et ne peut subir de changements.

Il faudrait peut-être se demander ici qui a eu la pensée, qui a été le premier à soupçonner, à trouver, à exposer ces vérités implicitement contenues dans le dépôt de la Révélation. On peut répondre d'une manière générale :

1° Si l'Évangile ne dit point que Jésus-Christ les ait prêchées, il est au moins très probable que les Apôtres, qui connaissaient, avons-nous dit, les vérités appartenant à la substance de chaque mystère, en aient communiqué certaines à leurs successeurs immédiats, et que ceux-ci les aient à leur tour enseignées à d'autres. Nous avons déjà vu que les premiers Pères ont été plus fermes et plus riches dans leur enseignement que ceux qui les ont suivis; ils tenaient des Apôtres cette supériorité. De plus, il est des vérités dont l'Évangile ne dit rien, et que nous croyons sur le seul témoignage de la tradition : exemple, que le baptême des enfants avant l'âge de raison est permis : l'Écriture cependant semble exiger le contraire, quand elle suppose l'instruction et la foi avant le baptême : « Qui crediderit et baptizatus fuerit... » Il y a aussi des expressions théologiques que l'on suppose provenir des Apôtres, à cause de leur éminente justesse; par exemple, dans le mystère de la Trinité, le mot de *personnes*, pour

désigner les trois manières distinctes de posséder la même, une et identique nature divine. Pourquoi ne raisonnerait-on pas de même à l'égard de certaines vérités implicites?

2° L'analyse, la recherche chez les anciens, la discussion parmi les théologiens et les docteurs, ont découvert de nouveaux aperçus dans les mystères, révélé des trésors cachés, fait voir des conséquences logiques et nécessaires. L'assentiment général à confirmé ces vérités; ceux qui dans l'Église sont assistés de l'Esprit-Saint pour conserver le dépôt de la foi pur et sans mélange, ont donné leur infaillible *Placet*, et dès lors ces vérités sont devenues de foi explicite.

3° Ce n'est pas en vain que le Saint-Esprit a accordé son assistance à l'Église enseignante. Combien de fois son opération, sous maintes formes, a-t-elle pu prendre l'initiative dans cette révélation des vérités implicites, exciter, mouvoir et aider les propagateurs de la Révélation?

III.

CAUSES DU DÉVELOPPEMENT DU DOGME.

Mais, dira-t-on, pourquoi ce developpement du dogme a-t-il été si lent? Pourquoi la foi et le culte n'ont-ils pas été les mêmes dès le commencement et à travers tous les âges? Pourquoi certaines vérités et leurs conséquences implicites ont-elles tant tardé à se faire jour dans l'Église?

Voici, à notre avis, les principales raisons.

I. La première est la discipline du secret. Le respect des saints mystères, la nécessité de les garantir contre la profanation des païens et l'initiation prématurée des catéchumènes, exigeaient au commencement une certaine réserve, dans l'enseignement public. Plus tard, cette réserve, qui n'était plus ni nécessaire ni praticable, cessa. Alors les mystères de la foi

furent enseignés avec plus de développements, les monuments et le culte extérieur devinrent plus explicites.

II. Le plan divin étant de communiquer la Révélation par la prédication, il fallait exposer en premier lieu ce qui était plus essentiel à croire et à pratiquer, et toucher seulement en passant, ou réserver pour des occasions plus favorables les points secondaires, dont une connaissance explicite est moins nécessaire. Parfois même fut-il nécessaire de s'attarder sur des points moins importants, plus que leur importance intrinsèque ne semblait l'exiger. De là, des lenteurs inévitables dans la communication de la Révélation, mais sans perte ni détriment de sa substance.

III. On trouvera une troisième raison dans la résistance des esprits. Les objections, les difficultés et les doutes; le caractère, le plus ou moins de science, l'éducation; la nationalité, la religion antérieure et le tempérament; toutes ces choses étaient un obstacle à l'acceptation immédiate et à l'intelligence soudaine de l'Évangile, partout et par tous. Il fallait réfuter, éclaircir, répéter, suppléer. On le voit dans les Épîtres de S. Paul. Donc, que de lenteurs inévitables!

IV. Toute vérité doit avoir sa propre sphère d'action; il lui faut une époque, des événements, des circonstances favorables, pour qu'elle se manifeste dans tout son éclat. Témoin la primauté de saint Pierre; elle ne pouvait d'abord s'exercer convenablement : ce n'est ni pendant la vie de saint Pierre, ni dans les siècles de persécution que la plénitude de son pouvoir devait se mesurer; il lui fallait une sphère d'action en proportion avec sa juridiction universelle. Quand les temps sont arrivés, la primauté a vaincu par ses forces surnaturelles les oppositions humaines de toute sorte.

V. Il faut observer, pour les vérités naturelles et surnaturelles, comme en toutes choses, un ordre et une gradation; ce qui est plus important doit venir avant ce qui l'est moins.

C'est ce que nous constatons dans le développement du dogme chrétien : les controverses et définitions dogmatiques, qui parurent les premières, se rapportent aux vérités les plus essentielles et les plus nécessaires, aux doctrines sur l'origine et la nature du mal, la création, la nature de Dieu et la Trinité ; les deux natures en Jésus-Christ, la personnalité de l'Esprit-Saint ; la grâce et la Rédemption. C'est seulement dans la suite que les vérités secondaires reçurent leur élucidation plus ample, et parmi elles il faut compter la doctrine *complète* sur la très sainte Vierge.

Nous avons publié l'an dernier (1) une décision de la S. Congrégation des Rites IN MONOPOLITANA, en date du 27 mars 1893, assurant au Tiers-Ordre de Saint-Dominique, « dummodo ea Sodalitas gaudeat privilegiis Tertii Ordinis et collegialiter proprio habitu incedat, » la préséance sur les Confréries. Nous ne savions pas que cette décision avait été précédée d'une autre, adressée à Monseigneur l'Évêque de Monopoli sur la même question de préséance et par rapport à la même fraternité du Tiers-Ordre. Le débat aurait été soulevé par des membres de la Confrérie du Rosaire de Fasano, qui, parce qu'ils étaient tertiaires de Saint-Dominique, revendiquaient pour la Confrérie du Rosaire la préséance sur les autres Confréries. Le *Monitore ecclesiastico* et le *Canoniste contemporain* nous font connaître la lettre que la S. Congrégation du Concile écrivit le 13 juin 1892 pour repousser cette prétention :

Reverendissimo Episcopo Monopolitano.

Reverendissime Domine uti Frater,

Relatis in S. Congregatione Concilii litteris tum Amplitudinis Tuæ, tum Procuratoris Generalis Ordinis Prædicatorum circa

(1) *Nouvelle Revue Théologique*, t. XXV, p. 299.

preces sodalitatis SS. Sacramenti loci vulgo *Fasano*, Eminentissimi Patres rescripserunt :

Ex adscriptione confratrum SS. Rosarii ad tertium Ordinem S. Dominici, non sequitur sodalitium jus præcedentiæ acquisivisse super aliis confraternitatibus.

Datum 13 junii 1892.

La lettre de la S. Congrégation nous apprend que c'est la Confrérie du T. S. Sacrement qui a dû se plaindre. Elle le faisait à bon droit ; ce ne sont pas en effet les individus, mais les corps moraux qui ont droit à la préséance ; et quand même tous les membres d'une Confrérie seraient des tertiaires, la confrérie n'acquiert pas pour cela les droits et privilèges du Tiers-Ordre. Quand elle se présente à une procession « cum saccis et sub cruce Confraternitatis, » elle prend la place qui convient à la Confrérie. C'est ce que décide la S. Congrégation du Concile.

Il est à croire que les membres de la Confrérie du Rosaire auront modifié, en conséquence de cette décision, leur manière d'agir, et qu'ils se seront présentés aux processions « cum proprio habitu Tertii Ordinis et sub cruce Confraternitatis seu Congregationis Tertiariorum ; » alors, si la Fraternité du Tiers-Ordre est canoniquement érigée, si elle se présente comme telle, elle a le droit à la préséance qui convient au Tiers-Ordre, comme l'a décidé la S. Congrégation des Rites.

II.

De l'heure légale et de la récitation de l'office divin.

Cette décision mérite aussi d'être insérée. Ce qui se fait en Allemagne se présente en bien des lieux. Nous avons en France l'heure légale, comme en Allemagne. L'exposé de Monseigneur l'Évêque de Trèves fait très bien comprendre la question :

TREVIREN.

Beatissime Pater,

Michael Felix Korum, Episcopus Trevirensis, ad Sanctitatis Vestræ pedes provolutus, ut conscientiæ ovium sibi concreditarum consulat, humillime exponit quod sequitur.

Ad normam legis nuperrime latæ, in toto Germanico Imperio inde ab initio mensis Aprilis anni vertentis, unum idemque tempus absque respectu ad medium tempus aut meridianum diversarum Imperii regionum in horis computandis observandum est, illudque referunt publica horologia. Inde fit ut intra fines hujus diœcesis computus horarum legalis spatio semihoræ tempus locorum medium superet. Hinc a Sanctitate Vestra Episcopus orator petit solutionem dubii :

Possuntne clerici sequi tempus legale in persolvendo officio divino, tam anticipantes privatim matutinum, quam recitantes vesperas?

Et Deus...

Die 22 Julii 1893, Sacra Congregatio Concilii respondit :

Affirmative.

Ita reperitur in positione cui titulus « TREVIREN. EPISCOPUS CIRCA RECITATIONEM HORARUM CANONICARUM », *existen. in Secretaria præfatæ S. Congnis in fasciculo positionum mensis Julii 1893.*

In quorum fidem, etc.

Datum Romæ, ex Secretaria prædicta, die 23 Julii 1893.

C. DE LAI, *Subsecretarius.*

III.

Oratoire privé de l'Évêque en dehors de son diocèse.

Cette question a été portée devant la S. Congrégation du Concile par Monseigneur l'Évêque de Nicotera, et résolue le 16 décembre 1893.

An Episcopus, dum extra suam diœcesim degit, tempore a sacris canonibus concesso, sive in domo propriæ familiæ, sive in extranea domo, vel in publico contubernio, gaudeat quoad missam iisdem juribus, quibus in oratorio sui Episcopii, ita ut quilibet sacerdos celebrare queat, et Christifideles præcepto de audiendo sacro diebus festis satisfaciant?

Resp. — *Detur decretum S. Rituum Congregationis diei 22 augusti 1818.*

Le décret du 22 août 1818 se trouve dans Gardellini sous le numéro 4547, avec une longue note qui sert à le mieux faire comprendre encore. Les questions sont en italien ; nous prenons la traduction des *Acta S. Sedis :*

Dubia de episcopis titularibus. Quum non una eademque sit auctorum omnino sententia de privilegiis, quibus Episcopi, titulares præsertim, gaudent relate ad missæ celebrationem, dum in propria vel aliena diœcesi peragrantur ; ad quascumque eliminandas dubitationes, sequentia dubia in ordinario conventu Sacrorum Rituum diei 22 augusti labentis Eminentissimis et Reverendissimis Patribus enucleanda proposita sunt, nimirum :

I. An Episcopus titularis possit, absque speciali rescripto, erigere altare, quocumque is pergat, quamvis in domo suæ habitationis existat oratorium pro commodo ejus parentum?

II. An possit, præter suam missam, celebrare facere alias missas?

III. An prædicta missa, aut missæ valeant pro satisfactione præcepti etiam pro illius conjunctis secum morantibus, et pro personis ejus famulatui addictis, quamvis non necessariis actu missæ, aut addictis famulatui ejus conjunctorum secum morantium?

IV. An celebrare aut celebrare facere valeat diebus de more exceptis in Apostolico indulto?

V. An casu, quo ejus parentes, qui jam privilegio Oratorii privati fruantur, celebrare missam fecissent, valeat Episcopus celebrare facere aliam missam, præter suam?

Sacra eadem Rituum Congregatio, audito prius altero ex Apostolicarum cæremoniarum Magistris, qui suam scripto sententiam pandidit, typisque evulgavit, referente Eminentissimo et Reverendissimo Domino Cardinali Matthæio, loco Eminentissimi et Reverendissimi Cardinalis Julii Mariæ de Somalia Præfecti et Ponentis, absentis, respondendum censuit :

Ad I. *Affirmative. Verum consulendum Sanctissimo pro extensione privilegii, videlicet, quod Episcopi, in casibus a jure permissis, hospitantes domi vel Parentum, vel extraneorum, qui gaudent indulto oratorii domestici, possint et valeant in eodem celebrare vel celebrare facere, loco et vice Aræ portatilis, quam tantum extra propriam diœcesim indulget Bonifacius VIII,* cap. QUONIAM EPISCOPI, De privilegiis in VI, *servata in reliquis forma Decreti s. m. Clementis XI, juxta tamen posteriores declarationes s. m. Innocentis XIII, et Concilii Romani sub Benedicto XIII, cap. XV, num. 3.*

Ad II. *Negative; verum consulendem Sanctissimo pro extensione privilegiorum quoad unicam missam, quam, propria celebrata, Episcopi solent audire.*

Ad III. *Affirmative quoad familiares dumtaxat eisdem Episcopo actu necessarios ; negative quoad reliquos.*

Ad IV. *Affirmative.*

Ad V. *Jam provisum in primo et secundo.*

Die 22 augusti 1818.

Facta autum relatione de præmissis SSmo Domino Nostro Pio VII P. M. Sanctitas Sua Sacræ Congregationis responsa approbavit, confirmavit, et extensionem privilegii ut in responsione ad primum et secundum ex propositis dubiis indulsit, contrariis non obstantibus.

Die 25 ejusdem mensis et anni.

En lisant ce décret, il est clair que la question posée par Monseigneur l'Évêque de Nicotera a reçu sa solution. La S. Congrégation applique à tous les Évêques la réponse de la S. Congrégation des Rites pour les Évêques titulaires,

et cette réponse est précise en ce qui concerne les doutes déférés à la S. Congrégation. Il faut donc dire : Non, l'Évêque, qui est en dehors de son diocèse chez des parents ou des étrangers, n'a pas, quant à la messe, les mêmes privilèges que dans la chapelle de son évêché ; il ne peut que célébrer sa messe et en faire célébrer une autre devant lui, et ces messes ne servent pour l'accomplissement du précepte que pour lui et ses propres serviteurs « actu necessarii. » Le privilège est du reste le même, soit que l'Évêque célèbre sur un autel portatif, soit qu'il célèbre dans un oratoire privé ; mais, s'il y a un oratoire privé dans la maison où il se trouve, il est préférable qu'il y dise et y fasse dire la messe. Et, dans ce cas, les personnes qui ont obtenu l'indult de l'oratoire privé, ont le même droit que si l'Évêque ne s'en était point servi ; elles y peuvent faire célébrer une messe en leur présence, dans les limites de leur indult.

C'est tout ce qu'il faut pour répondre aux questions posées par Monseigneur l'Évêque de Nicotera ; mais ceux qui sont curieux nous demanderont peut-être pourquoi cette mention, dans la réponse de la S. Congrégation des Rites, de décrets de Boniface VIII, de Clément XI, d'Innocent XIII et de Benoît XIII. C'est sur ces divers textes que se fonde le privilège des Évêques de célébrer ou faire célébrer la messe sur un autel portatif, quand ils sont en dehors de leur habitation ; et la S. Congrégation veut faire comprendre qu'elle n'entend point, par le décret de 1818, étendre ni restreindre ce privilège, mais en respecter les conditions et les limites. Au fond, c'est là une question différente de celle qui a été posée par Monseigneur l'Évêque de Nicotera ; nous renvoyons ceux qui voudraient l'étudier, soit à la note qui se trouve dans Gardellini sur le décret de 1818, soit à Giraldi, *Expositio juris pontificii*, où l'on trouvera tous les textes invoqués. Il sera bon, pour trouver les passages utiles, de

consulter la table générale de cet auteur au mot *Altare portatile*.

IV.

Chapelles des cimetières quant à la célébration de la messe.

Un mot encore de cette question, qui a été soulevée par Monseigneur l'Évêque de Piazza, et résolue par la S. Congrégation du Concile le 20 janvier 1894.

Nous avons déjà publié dans la *Revue* (1) une décision de la S. Congrégation des Rites, qui regarde la chapelle principale d'un cimetière comme une chapelle publique et permet de la bénir comme telle suivant la formule du Rituel. La même décision ajoute qu'il n'en est pas de même des chapelles construites par les soins des familles pour renfermer les dépouilles mortelles de leurs membres, et qu'elles ne doivent pas être bénites. Ce sont en effet des chapelles privées; dès lors, elles tombent sous les dispositions du Concile de Trente, et la célébration de la messe ne peut y être autorisée que par le Souverain Pontife. C'est ce que vient de décider à son tour la S. Congrégation du Concile.

Voici la partie essentielle de la supplique et la réponse :

Joseph Accardi ejusque familia, ex oppido Mazzarino hujus diœcesis, cum in cœmeterio illius loci prope sepulcrum gentilitium oratorium erexerint, petierunt indultum in eo missam celebrandi.

Eamdem petitionem et alii mihi transmiserunt, sed nihil respondi.....

Attamen petentes instant, eoque fortius quia, uti asserunt, in aliis civitatibus etiam majoribus in oratoriis penes sepulcra

(1) T. XIX, p. 67.

gentilitia erectis missa celebratur. Quare ab Eminentia Vestra postulo :

1° Ut mihi declaret, num oratoria hujusmodi in cœmeterio ædificata tanquam publica habenda sint; et, quatenus affirmative, num absque ulterioribus conditionibus præter illas a sacris ritibus pro altari præscriptas celebratio S. Sacrificii ibi permitti queat;

2° Quatenus vero negative, num ex gratia obtineri possit a Summo Pontifice favore oratorum, quos commendo, per Rescriptum ad majores Brevis expensas vitandas.

Eminentissimi et Reverendissimi Domini rescripserunt :

Ad 1^m. *Negative in omnibus.*

Ad 2^m. *Consulendem Sanctissimo favore Josephi Accardi ejusque familiæ ut ad triennium, constito de decentia oratorii ad tramites sacrorum canonum indultum pro sacri celebratione in anniversario defunctorum familiæ tantum, dummodo non cadat in die festo de præcepto, et per Breve.*

V.

Administration du baptême dans les maisons privées.

C'est Monseigneur l'Évêque de Castellamare qui a consulté sur un usage répandu dans son diocèse. Nous ne changeons rien au sommaire de la cause.

Episcopus Castrimaris, in relatione suæ Ecclesiæ S. C. transmissa, hæc habet in cap. *De Postulatis :*

« Tertio inveni in mea diœcesi, quod et in civitate Neapolitana in more est, videlicet sæpe, sufficienti de causa vel attento familiæ gradu, concedi ut administratio baptismatis cum omnibus cæremoniis, prout in ecclesiis, fiat in privatis domibus. Ego, Parocho Cathedralis consilium præbente, dispositionem Ritualis Romani attendendam esse præscripsi, vi cujus permittitur baptismatis administratio in privata domo in casu tantum necessitatis, suppletis postea in ecclesia cæteris ritibus. Id autem ægre fertur,

atque, consuetudine in contrarium extante, valde displicet iis præsertim qui a civitate Neapolitana venerunt, et puto præscriptionem plerumque parum attendi. Peto igitur quid facere debeam, scilicet an debeam illam sustinere, vel potius exceptiones admittere possim etiam quoad alias cæremonias in ecclesia adimplendas? »

Ut aliquid pro recepto more breviter utrinque animadvertam, præstat in primis recolere quod ex *Extravagante Clement. unic. H. T.* prohibetur ne baptismus in aulis vel cameris, aut aliis privatis domibus conferatur, sub pœnis ab Episcopo indicendis, sed in ecclesiis, in quibus sunt fontes ad id specialiter deputati; quod vetitum manet etiamsi ibidem baptizati postea ad sacrum fontem afferantur, ut consuetæ cæremoniæ ac ritus in ecclesiis celebrentur. Tantummodo in hoc exceptio duplex est, nempe primo quoad liberos Regum et magnorum quibus, si isti petant, potest conferri baptismus in eorum domibus, nempe in capellis eorum vel oratoriis aqua tamen de more benedicta. Altera exceptio est, si infantes absque periculo ad ecclesiam deferri nequeant: quod periculum a Glossa hujus cap. explicatur nedum respectu baptizandorum, quando nempe sunt in mortis articulo, quam respectu eorum, qui illos deferre deberent ad ecclesiam. *Ritual. Rom., De Bapt., cap. VIII, § III;* D'Annibale, *Sum. Theol. mor., lib. III, num. 137, etc.;* De Angelis, *Prælection. Juris Can., lib. III, tit. 42, num. 3.*

At vero in themate, si attendantur ea quæ Episcopus retulit, haud rationes adessent, quæ taxative ad veniam indulgendam ex juris dispositione requiruntur. Re sane vera non de necessitate, cui jam a Reverendissimo Præsule provisum est, sed de commoditate tantum agi videretur. Neque familiæ nobilitatem ad jus derogandum sufficere opinarer, cum juxta Glossam in *Dict. Clement.*, ac veriorem Doctorum sententiam, nomine Principum non veniant nisi Principes potentes, qui regibus æquiparantur. Riganti in *Reg. Cancell. XLII, n. 117;* Suarez, *Disp. XXXI, sect. 2;* Rituale Rom., *loc. cit.;* S. Alph. de Liguorio, *Theol. mor., lib. VI, num. 118.*

Præterquam quod Clementin. et Ritual. Rom. extra ecclesiam Regum aut magnorum Principum filios baptizare indulget, dummodo tamen id fiat in eorum capellis seu oratoriis; quæ oratoria sæpe sæpius in casibus quos Castrimaris Ordinarius proponit, profecto deessent; proindeque in his adjunctis verendum est ne debitum divinis rebus obsequium præstetur; et, quod gravius est, ne ansa prebeatur, ut in posterum quælibet familia baptismum in suis ædibus fieri præsumat.

Tandem commemorandum etiam videtur populi fidem, devotionem quam maxime excitare ac augere nobilium baptismata in ecclesiis pompose administrata.

Attamen ex adverso perpendendum est, in diœcesi Castrimaris consuetudinem invaluisse a Præsule facultatem indulgendi baptismum domi administrandi. Neminem autem latet consuetudini tantam vim ex utriusque juris censura inesse, ut scriptæ legi æquiparetur. *Textus in leg. sine script., Instit. Tit. de jur. nat. et gent.;* Peretius in *Comment Instit. ad dict. leg.;* Voet, in *comment. Ad Pandect., tit. I, num. 30,* et *Lib. III de præscript. in VI.* Hinc mirum haud est doctores unanimi consensu tradidisse, quod consuetudo præsumere facit titulum de mundo meliorem, supponit privilegium, Apostolicum beneplacitum etiam in actibus ecclesiæ præjudicium divinique cultus decrementum inferentibus, ut post Urbanum VIII in const. *Romanus Pontifex* docet Barbosa *De potest. Episcopor., Alleg. 25, n. 72;* Rota in Romana *Oblationum, 25 Januarii 1725,* § *5;* S. C. C. in Avenionen. *Capellaniæ,* in *16 Sept. 1780.*

Neque hujuscemodi consuetudo in diœcesi Castrimaris abroganda videretur, dummodo pro subjectæ materiæ gravitate eas induat conditiones tum ratione durationis, tum ratione aliorum adjunctorum necessarias in hujusmodi casibus. Siquidem, hisce funestis temporibus, fide deficiente, damnum bono spirituali puerorum obvenire posset, prout si eorum baptismum nimis procrastinaretur; cui accedit etiam, attenta præsertim locorum adjacentium consuetudine, contemptus Præsulis jussorum periculum.

Utrum vero ex his causis expediat legem dispensare, quæ in tutelam decoris baptismi sacramento debiti instituta est, EE. PP. statuant.

Quare, etc.

Resp. — *Servetur Rituale Romanum, salvis exceptionibus, quas ex rationalibus causis Episcopus concedere pro suo prudenti arbitrio censuerit.*

S. CONG. SUPER DISCIPLINA REG.

DE PROCESSU SUMMARIO EJECTIONIS REGULARIS VI FACULTATIS APOSTOLICÆ.

Cette décision est du 22 janvier 1886; nous avons dit plus haut (1) qu'elle n'attira pas notre attention à cette époque. De là vient que la *Revue* n'en a fait aucune mention, lorsqu'elle a eu l'occasion de parler de l'expulsion d'un régulier incorrigible; et cependant, il aurait fallu en parler pour être exact et complet.

Nous disions, dans notre tome XXI, page 248 : « C'est Urbain VIII qui, par décret de la S. Congrégation du Concile de l'année 1624, a statué les règles à suivre pour le renvoi du religieux de vœux solennels; et, bien qu'Innocent XII, en 1693, ait apporté quelques tempéraments, bien que certains Ordres aient des indults qui les modèrent encore, un procès juridique, et des crimes très graves juridiquement prouvés restent toujours nécessaires. Aussi Mgr Lucidi explique-t-il qu'il est souvent fort difficile de satisfaire à ces prescriptions du droit, et que les Supérieurs d'Ordres sont parfois obligés de recourir à la S. Congrégation des Évêques et Réguliers pour obtenir une dispense de la procédure stricte; plus fréquemment même, la S. Congrégation est obligée de terminer la cause en accordant un rescrit de sécularisation qui tient lieu de l'expulsion. »

(1) Page 169.

Ce n'est pas seulement la S. Congrégation des Évêques et Réguliers qui peut accorder la dispense des formalités rigoureuses du droit; la décision que nous allons bientôt citer nous apprend que les Supérieurs d'Ordres peuvent aussi s'adresser à la S. Congrégation *Super disciplina regulari*; et nous sommes persuadés que la S. Congrégation *Super statu regularium* est également compétente. Malheureusement, nous n'avons vu aucun rescrit de ce genre et ne pouvons dire comment il est conçu, quelles en sont les clauses, quelles différences doivent être relevées entre les rescrits émanant des différentes Congrégations que nous venons de nommer. Contentons-nous donc des explications que donne Lucidi : « Difficile et salebrosum sæpenumero accidit singulis adamussim præscriptionibus satisfacere, quæ in memorato Urbani VIII decreto sancitæ sunt pro ferenda ejectionis sententia;.... Itaque S. Congregatio Episcoporum et Regularium in casibus peculiaribus a religionum moderatoribus consulta et exorata nonnunquam permittit, ut solemnitates illiusmodi prætermittantur, procedaturque cum *processu camerali*, quem vocant, videlicet per summariam delictorum descriptionem, rei veritate inspecta, et quomodocumque comprobata, veluti docemur ex consultatione in causa Leopolien, *Super mon. S. Ben.* § *Ma, 15 januarii 1841*, itemque in alia causa Presmilien, *Super indulto perp. sæcul sanctimon., pag. 4 in nota, 21 junii 1851*, penes eamdem S. C. Ep. et Reg. (1) ».

Ceci dit, voici notre décision :

Beatissime Pater,

Frater Bruno a Vincia, Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum Procurator et Commissarius Generalis, ad pedes Sanc-

(1) *De visit. Sacr. Lim.*, ad 4m relationis caput, num. 32. — Il est malheureux que les consultations citées n'aient jamais été publiées.

titatis Vestræ humillime provolutus, exponit nonnulla requisita ad formalitatem processus expulsionis, præcipue conditionem carcerationis religiosi incorrigibilis antequam ex Ordine expelli possit, ab Urbano VIII ad annum (1), ab Innocentio XII ad sex menses (2) assignatam, lapsu temporis ita praxi difficilia evasisse, ut Fratres Minores de Observantia enixis precibus postularint moderationem Constitutionum Apostolicarum circa expulsiones, præcipue quoad necessarium carceris tempus. Quibus precibus benigne annuit Benedictus XIII die 6 decembris 1729. Ob easdem practicas difficultates circa conditiones in expulsionibus servandas, similem facultatem obtinuerunt Minores Capuccini per rescriptum Clementis XII, die 2 Maii 1736 (3). Tandem hodiernis temporibus plane constat impossibilia fieri quæ initio sæculi elapsi difficillima cognita fuerunt. Unde haud raro prolixitas, difficultas, et ad unam eamdemque expulsionem multiplicitas processuum nonnullos Superiores notabiliter negligentes fecit in subditis discolis corrigendis, vel in scandalis tempestive tollendis. Quapropter ad Ordinis Minorum Capuccinorum integritatem et decorem efficaciter tutandum, humilis Exponens instantissime postulat ut Sanctitas Vestra benigne declarare et concedere dignetur :

I. Quod in incorrigibilium ejectione Fratres Minores Capuccini non amplius teneantur ad illam partem carceris quæ in supramemorato rescripto Clementis XII continetur, neque ad votum Domini Consultoris sæcularis exquirendum ad normam ejusdem rescripti requisitum.

II. Quod ad vitandam populi admirationem et alia incommoda ex hodierna civitatum constitutione, et faciliori scandalorum divulgatione, etc. exorta, frater semel expulsus non amplius recipi debeat nec possit in Ordine, absque speciali licentia S. Sedis, singulis vicibus impetranda.

Et Deus..., *etc.*

(1) *Bullar. Rom.*, tome v, part. v, p. 249.
(2) *Bullar. Capuccin.*, tome vi, p. 452.
(3) *Ibid.*, tome i, p. 207.

Ex congressu diei 22 Januarii 1886.

Ad I[m]. *Recurrendum est in singulis casibus, e la Congregazione sulla disciplina Regolare darà le norme del Processo Sommario.*

Ad II[m]. *Provisum in primo, id est, quando gli espulsi escono dall'Ordine con processo sommario*, autorizzato *dalla Santa Sede, questa ha avocato a se la giurisdizione sopra l'individuo, il quale non puo essere riammesso nell' Ordine senza la Congregazione.*

Cette décision nous apprend en premier lieu que le Saint-Siège ne juge pas à propos, pour le moment, de remettre entre les mains des Supérieurs un indult qui modifie, en les adoucissant, les formalités à observer pour l'expulsion des profès de vœux solennels; il veut être consulté dans chaque cas particulier. Mais, ce qu'il est surtout important de retenir, c'est la doctrine contenue dans la réponse *Ad secundum*, qui modifie notablement la situation du religieux expulsé vis-à-vis de son Ordre.

L'enseignement commun est que le profès de vœux solennels expulsé n'est pas délié de ses vœux, et est obligé d'en observer la substance. Il est donc religieux, et est tenu *sub gravi* de s'amender, de solliciter sa rentrée dans l'Ordre, et de faire en sorte qu'il soit admis. Par ailleurs, Urbain VIII, renouvelant en cela les prescriptions d'une Décrétale de Grégoire IX (1), veut que les Supérieurs d'Ordres recherchent tous les ans avec sollicitude les religieux expulsés, et si l'Ordinaire du lieu, à la juridiction et à l'obéissance duquel ils sont soumis pendant la durée de l'expulsion, délivre des lettres testimoniales pour attester qu'un expulsé est non pas déjà amendé, mais donne un *espoir évident* d'amendement, ils doivent le reprendre (2), le forcer même

(1) Lib. III Decretal., tit. XXXI, cap. 24.

(2) C'est à tort que l'on a restreint cette obligation aux religieux injustement

par des censures à revenir, si l'expulsé ne le veut pas.

C'est cette doctrine du droit commun qu'il importe de comparer avec la réponse *Ad secundum* du 22 janvier 1886. Quand un religieux a été expulsé à la suite d'un procès sommaire sur l'autorisation du Saint-Siège, la S. Congrégation qui a autorisé la procédure sommaire entend évoquer à son tribunal la cause de ce religieux, de telle sorte que ses Supérieurs réguliers ne peuvent plus l'admettre à rentrer; ce n'est pas à eux que ce religieux doit demander sa réadmission; c'est la S. Congrégation qui est juge et c'est à elle qu'il faut s'adresser.

expulsés, ou expulsés *ad tempus* : Urbain VIII déclare formellement que cette prescription « in iis quoque vindicare sibi locum, servandamque esse, qui juste, definitive, ac juris ordine servato expulsi fuerint. » Et les canonistes ajoutent : « Quæ Superiorum obligatio urget eos ex jure divino et naturali, cum ejecti non desinant esse ipsorum subditi. » (De Angelis, in lib. III Decret. tit. XXXI). — Intellige tamen *nisi justam habeant superiores causam non admittendi*, v. g., si ejectus recipi nequeat absque scandalo.

S. CONGR. EPISCOPORUM ET REGULARIUM.

De Institutis votorum simplicium
quoad dimissoriales ad ordines et titutum mensæ communis.

Les *Analecta ecclesiastica* nous apprennent l'origine des doutes suivants, résolus par la S. Congrégation des Évêques et Réguliers : « Reverendissimus Pater J. Simler, Moderator generalis Societatis Mariæ Parisiensis, duo dubia solvenda S. Congregationi Episcoporum et Regularium proposuerat. Cum autem Eminentissimus Parisiensis Archiepiscopus de hac re *pro informatione et voto* fuisset consultus, tertium dubium adjunxit. » La S. Congrégation a joint ces trois doutes ensemble, et a fait les réponses que nous allons rapporter.

Ces réponses reviennent à dire que, maintenant comme par le passé, les Supérieurs d'Instituts de vœux simples ne peuvent, sans indult, ni donner des lettres dimissoriales pour les ordres à leurs sujets, ni les faire ordonner « ad titulum mensæ communis. »

Nos lecteurs se demanderont sans doute quelle concession nouvelle du Saint-Siège serait intervenue pour supprimer sous ce rapport les règles anciennes et donner aux Supérieurs de tous les Instituts de vœux simples un droit qui jusqu'ici leur était incontestablement dénié, à moins d'un indult spécial. Il paraît que quelques-uns ont cru trouver cette faveur dans le décret de la S. Congrégation des Évêques et Réguliers, en date du 4 Novembre 1892, concernant la sortie de leur Ordre ou de leur Institut, de membres promus aux

ordres sacrés. C'était un rêve. Ce décret (1) contient surtout deux mesures disciplinaires sévères pour empêcher ces sorties ou obvier à leurs inconvénients ; la défense aux Supérieurs religieux de présenter aux ordres un religieux qui n'a pas fait ses vœux perpétuels, et l'obligation de ne prononcer le renvoi d'un religieux engagé dans les ordres qu'en suivant toutes les règles portées pour l'expulsion des religieux de vœux solennels. Il ne donne explicitement aucun pouvoir aux Supérieurs pour l'ordination des sujets ou le titre *mensæ communis;* et la concession de ces deux privilèges ne résulte aucunement des mesures édictées, et ne saurait y être implicitement comprise. C'est le cas de répéter un mot que nous avons eu l'occasion de dire au numéro précédent, sur une question toute différente, il est vrai, mais qui trouve également ici son application. Comment croire que le Souverain Pontife, dans un décret qui a pour but de prendre des mesures assurément sévères pour empêcher des abus, qui, par conséquent, est restrictif des droits ou des usages précédents, ait eu l'intention de supprimer, sans même le dire explicitement, toutes les règles en vigueur par rapport aux lettres dimissoriales ou au titre d'ordination et d'accorder des faveurs constamment refusées jusqu'à présent? Encore une fois, c'est rêver tout éveillé que de s'imaginer pareille chose.

Cette remarque faite, il ne nous reste qu'à donner le texte même du décret, qui résume très nettement les opinions et les raisons apportées de part et d'autre.

Eminentissimus Cardinalis Richard, Archiepiscopus Parisiensis, sequentia dubia Sacræ Congregationi Episcoporum et Regularium proponit solvenda.

(1) La *Revue* l'a publié l'an dernier, t. xxv, page 29.

In hac Archidiœcesi, in qua multæ inveniuntur Congregationes Sacerdotum cum votis simplicibus, duo præcipua, super interpretatione decreti *Auctis*, diei 4 Novembris 1892, exorta sunt dubia.

Primum quidem, utrum, post hoc decretum, liceat his Congregationibus *sine Indulto speciali* alumnos suos promovere facere ad ordines, ut proprios subditos, eis nempe concedendo litteras dimissoriales, ad instar Ordinarii Regularium, de quo dubio valde controvertitur.

Alii dicunt hoc licere præfatis Congregationibus, propter hæc duo :

1° In præfato decreto *Auctis* clare decernitur : « Ita ut horum Institutorum (*votorum simplicium*) Superiores non possint in posterum litteras dimissioriales concedere pro SS. Ordinibus... nisi illis tantum alumnis qui vota quidem simplicia sed perpetua jam emiserint, vel qui saltem per triennium permanserint in votis simplicibus temporaneis quoad ea Instituta quæ ultra triennium perpetuam differunt professionem. » Ergo Superiores horum Institutorum poterunt litteras dimissoriales concedere, *et quidem sine Indulto* (*de quo ne minima quidem mentio fit*) illis alumnis qui vota perpetua jam emiserint, vel qui per triennium, *etc.*

2° Per istud decretum *Auctis* creatur, in Institutis votorum simplicium, vinculum indissolubile inter Institutum et virum religiosum, ad instar vinculi, quod in Ordine regulari existit inter Ordinem et regularem professum ; siquidem pro dimissione alumnorum, eædem causæ et solemnitates præscribuntur in Institutis votorum simplicium ac in Ordinibus regularibus, et consequenter, in utroque casu religiosus est subditus solius Congregationis, privative ad quemlibet Episcopum.

Alii vero contendunt adhuc requiri Indultum speciale, ut hæ Congregationes alumnos suos promovere faciant, ut subditos proprios, concedendo nempe eis dimissoriales litteras, propter sequentia :

1° Ante decretum *Auctis* certissimum erat quod Instituta

votorum simplicium non poterant concedere dimissoriales litteras alumnis suis *sine Indulto speciali;* hoc enim privilegium concedendi litteras dimissoriales est exclusive proprium Ordinum regularium, uti constat ex plurimis documentis canonicis in quibus privilegium illud exponitur et explicatur; unde etiam Instituta supradicta enixe curabant ut postularent et obtinerent a Sancta Sede Indultum speciale alumnis suis dimissoriales litteras ad ordines concedendi; quod revera Indultum pluribus hujusmodi Institutis concessum est, modo absolute, modo cum restrictione sive quoad tempus, sive quoad numerum casuum, sive quoad utrumque. Porro non facile admittendum est quod S. Congregatio Episcoporum et Regularium per decretum *Auctis* tantam subito et tacite mutationem introduxerit in hac materia, et Instituta votorum simplicium evexerit ad statum Ordinum regularium, ea habilitando ad habendos proprios subditos, quibus litteras dimissoriales ad ordines libere et absolute concedere valeant; eo vel magis, quod hoc novum privilegium continet derogationem tum juri communi, nempe Bullæ *Speculatores,* tum juribus Episcoporum propriorum, qui sic privantur subditis suis; non solent autem Sacræ Congregationes tantam inducere derogationem juri communi, præsertim tacite et nulla facta mentione jurium quibus derogatur.

2° Decretum *Auctis* non distinguit inter hæc Instituta votorum simplicium, ut patet ex ejus tenore; et si prior interpretatio admitteretur, dicendum esset *omnia hæc Instituta* potiri jure proprio concedendi dimissorias alumnis suis, id est tum Instituta a S. Sede jam *approbata,* tum illa quæ sunt tantum a S. Sede laudata, imo forsan ea quæ ab Episcopis tantum approbationem acceperunt. Porro nemo non videt quam insolitum et enorme sit Instituta, Episcopali tantum auctoritate erecta et munita, habere relative ad ordinationem subditos proprios, quos libere ad omnes ordines promovere faciant, prætermissa Constitutione *Speculatores* et neglectis juribus Episcoporum propriorum. Unde, juxta patronos hujus secundæ interpretationis, sensus verborum decreti *Auctis* supracita-

torum a patronis alterius sententiæ, est hic : « Ita ut horum Institutorum Superiores, qui obtinuerunt a S. Sede Indultum speciale concedendi dimissoriales litteras subditis suis, non possint in posterum has dimissoriales concedere nisi alumnis votorum perpetuorum pro sacris ordinibus, » *etc.;* qui sensus illis videtur maxime genuinus et obvius.

Secundum dubium affine est præcedenti : Utrum post decretum *Auctis* Instituta votorum simplicium libere possint, *sine Indulto speciali,* ad ordines alumnos suos promovere *titulo mensæ communis* aut alio simili. De hoc dubio, sicut et de priori, valde in hac Archidiœcesi controvertitur.

Alii (iidem nempe qui jus asserunt his Institutis concedendi, sine speciali Indulto, dimissorias alumnis suis) contendunt præfata Instituta non amplius egere Indulto speciali, ut alumnos suos promovere faciant ad ordinem sacrum *titulo mensæ communis* propter duo :

1° Decretum *Auctis* sic habet : « Ita ut horum Institutorum superiores non possint in posterum... ad sacros ordines alumnos promovere titulo mensæ communis, vel missionis, nisi hos tantum alumnos qui vota quidem simplicia sed perpetua jam emiserint... vel qui saltem, » *etc.* Ergo Superiores horum Institutorum alumnos suos, *vota perpetua professos,* libere poterunt ad ordines promovere *titulo mensæ communis,* sine Indulto speciali, de quo ne minima quidem fit mentio.

2° Quemadmodum in Ordinibus regularibus *vinculum indissolubile* inter Ordinem et regularem professum assecuret huic professo suam congruam sustentationem in perpetuum, et sic parit *titulum paupertatis ;* sic et nunc, in Institutis votorum simplicium, vinculum indissolubile quod creatur (*vi Decreti* « Auctis ») inter Institutum et alumnum, assecurat huic alumno suam congruam sustentationem in perpetuum, et sic parere debet *titulum mensæ communis,* quin requiratur Indultum speciale, quod nunc esset prorsus inutile.

Alii vero tenent adhuc requiri Indultum speciale ad hoc ut clericus in Congregationem votorum simplicium vivens, promo-

veri possit ad ordinem sacrum *titulo mensæ communis*. Hæ sunt rationes :

1° *Titulus mensæ communis* est extraordinarius et contrarius juri communi, ideoque requirit Indultum speciale, uti constat ex multis documentis canonicis, v. g. ex Instructione S. Congregationis de Propag. Fide, *de titulo ordinationis*, diei 26 Aprilis 1871, in qua S. hæc Congregatio id diserte et formaliter docet.

2° In Bulla *Apostolicæ Sedis, de Superioribus*, § 4, aperte traditur : « Suspensionem per annum a collatione ordinum ipso jure incurrit, qui, excepto casu legitimi privilegii, ordinem sacrum contulerit, absque titulo beneficii vel patrimonii, clerico in aliqua Congregatione viventi, in qua solemnis professio non emittitur, vel etiam religioso nondum professo. » Porro omnino incredibile est quod S. Congregatio Ep. et Reg. per decretum *Auctis* derogaverit huic Bullæ Pontificiæ, idque tacite et nulla de ea facta mentione.

3° Mirantur patroni hujus sententiæ hanc suam interpretationem in dubium ab aliquibus vocari, quum hoc ipsissimum decretum *Auctis*, quo solo nititur altera sententia, expresse firmam retinet (§ *Firmis remanentibus*) Constitutionem S. Pii V *Romanus Pontifex* diei 14 Oct. 1568, in qua ex professo hic Pontifex decretum S. Concilii Tridentini *sess. 21, de Ref.*, de necessitate tituli beneficii vel patrimonii extendit ad omnes clericos in Congregationibus votorum simplicium viventes, et sic expresse prohibet ne hi clerici alio titulo ordinentur : e qua Constitutione desumptus est articulus supra citatus Bullæ *Apostolicæ Sedis*.

His ergo ex utraque parte libratis, Eminentissimus Orator proponit Eminentissimis Patribus hæc dubia dirimenda :

I. Utrum nunc, post decretum *Auctis*, Instituta votorum simplicium libere possint, sine Indulto speciali, alumnis suis dimissoriales litteras ad ordines concedere ?

II. Quatenus affirmative,

Utrum hæc decisio restringenda sit ad Instituta votorum

simplicium a S. Sede approbata, vel applicanda etiam ad Instituta votorum simplicium sola episcopali auctoritate et approbatione munita?

III. Utrum nunc, post decretum *Auctis*, Instituta votorum simplicium libere possint, sine Indulto speciali, alumnos suos promovere ad ordinem sacrum titulo mensæ communis vel alio simili?

In Congr. 9 Februarii 1894, S. C., mature perpensis omnibus propositis dubiis, censuit rescribendum prout rescripsit :

Ad I. *Negative.*

Ad II. *Provisum in primo.*

Ad III. *Negative.*

Datum Romæ, ex Secretaria S. C. Ep. et Reg., die 12 Februarii 1894.

I. CARD. VERGA, Præf.

A. Trombetta, *Pro-Secretarius.*

S. CONGR. INDULGENTIARUM.

I.

Est-il nécessaire de tenir à la main un chapelet bénit pour gagner les indulgences de la confrérie du Rosaire ?

Beatissime Pater,

Fr. Bernardinus a Portu Romatino, Minister Generalis Ordinis S. Francisci, ad pedes Sanctitatis Vestræ provolutus, humillime petit :

An ad lucrandas indulgentias Rosarii Beatæ Mariæ Virginis, sive Coronæ Franciscanæ, vel parvæ Coronæ Immaculatæ Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis (*vulgo* Coroncina della Immaculata), vel S. Birgittæ, etc. necessarium sit habere Rosarium materiale ad hoc benedictum, vel simplex recitatio sufficiat?

Auctores hac super re non eamdem tenent sententiam ; quapropter Orator Sanctitatis Tuæ judicium exquirit, ut dubium tollatur.

Et Deus....

Sacra Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præposita relato dubio respondit :

Standum terminis concessionum Indulgentiarum adnexarum singulis precatoriis coronis, de quibus in proposito dubio.

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem S. Congregationis die 7 Augusti 1889.

Pro Emo ac Rmo Dno Card. Præfecto

AL. CARD. EPISCOPUS SABINENSIS.

Alexander Episcopus Oensis, *Secretarius.*

Bien que cette décision soit datée du 7 Août 1889, nous ne connaissions pas son existence ; car il nous appartenait plus qu'à tout autre de la publier. La *Revue* a en effet traité cette question en ce qui concerne les indulgences du Rosaire à la fin de 1888 (1) ; et elle a adopté des conclusions qui ne sont pas celles de ce décret : nous avons donc à nous corriger, et nous nous empressons de le faire.

Voici ce que nous avions dit en 1888 :

1° Les simples fidèles doivent avoir un chapelet bénit et le tenir à la main pour gagner les indulgences attachées à la récitation du Rosaire *par Benoît XIII* (Décret du 13 Avril 1726). Nous en donnions comme raison que le décret impose expressément cette condition. Cela est vrai ; la S. Congrégation, dans la décision ci-dessus, donne précisément le même critérium : nous n'avons donc rien à changer sur ce point.

2° Tout en reconnaissant que « aucune autre concession ne porte explicitement une clause ou condition semblable, » nous croyions pourtant pouvoir donner comme certain, en nous appuyant sur la *Raccolta di orazioni e pie opere*, etc., que cette même condition est requise pour les indulgences accordées *à tous les fidèles* par Pie VII le 16 Février 1808, et par Pie IX le 12 Mai 1851 pour la récitation du Rosaire. La *Raccolta* déclare en effet positivement que « pour gagner ces indulgences, plusieurs conditions sont requises : 1. Les couronnes doivent être bénites par un religieux de l'Ordre des FF. Prêcheurs ou par un autre prêtre dûment autorisé ; — 2. En récitant le Rosaire, on doit tenir à la main une de ces couronnes et s'en servir, suivant l'usage (2). » La

(1) *Nouv. Revue Théol.*, t. xx, page 664.

(2) *Recueil de prières et œuvres pies enrichies d'indulgences par les Souverains Pontifes*, trad. par M. J. Planchard, vic.-gén. d'Ang., édition de 1888, page 201.

Raccolta devra, elle aussi, être corrigée sur ce point ; nous avons cité, dans notre article de 1888, le texte des concessions de Pie VII et de Pie IX ; il est certain que ni l'une ni l'autre n'impose cette condition, et, dès lors, le décret ci-dessus doit être appliqué.

3° Nous avions cru pouvoir déduire de ce texte de la *Raccolta* une conclusion sur laquelle il nous faut revenir. Si la *Raccolta* s'exprime ainsi, disions-nous, c'est sans doute que les Souverains Pontifes ont attaché les indulgences à la récitation du Rosaire faite selon l'usage et dans les conditions usitées depuis le commencement, c'est-à-dire le Rosaire bénit à la main, dès lors, pratiquement au moins, il est plus sûr de se conformer à l'usage reçu et de tenir son chapelet bénit à la main, même pour gagner les indulgences *de la confrérie du Rosaire*, bien que les concessions se taisent sur cette condition. Notre enseignement est encore à réformer sur ce point.

En résumé, puisque la S. Congrégation répond de s'en tenir aux termes des concessions, on peut dire que les indulgences de Benoît XIII seules requièrent l'usage d'un Rosaire bénit.

II.

Erection des confréries du Rosaire dans les églises qui ne sont pas du rite latin.

Frater Marcolinus Cicognani, Ordinis Prædicatorum Procurator Generalis, huic Sacræ Congregationi exponit a quibusdam sacerdotibus catholicis ex ritu græco supplicem libellum porrectum fuisse, quo postulabant ut in eorum ecclesiis erigerentur Sanctissimi Rosarii Confraternitates. Verum dubitatum est an hoc fieri liceat absque Sanctæ Sedis consensu. Quapropter sequentia dubia dirimenda proponit :

I. An absque ulla speciali licentia Sanctæ Sedis, sed tantum vigore facultatum quibus utitur Supremus Moderator Ordinis

Prædicatorum in erectione Confraternitatum pro ecclesiis ritus latini, possit etiam et valeat Confraternitates, quæ sunt propriæ Ordinis, in ecclesiis alterius ritus, puta ritus græci, Armeni, etc., erigere?

Et quatenus affirmative,

II. Quanam formula Sacerdotes alterius ritus quam latini uti debeant pro benedictione Rosariorum, etc. aliarumque cæremoniarum quæ occurrere possunt in actu receptionis sodalium?

Et Sacra Congregatio propositis dubiis sub die 21 Junii 1893 respondit :

Ad I. *Affirmative, prævio tamen consensu Episcopi respectivi ritus orientalis.*

Ad II. *Orator recurrat ad Sacram Congregationem Christiano Nomini propagando præpositam.*

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem Sacræ Congregationis die 21 Junii 1893.

FR. IGNATIUS CARD. PERSICO, Præfectus.

A l'occasion de ce décret, nous avons recherché les bulles et décrets du Saint-Siège qui réservent au Supérieur Général des Dominicains, ou, s'il est absent de Rome, à son Vicaire Général, privativement et exclusivement à tout autre, l'érection des confréries du Rosaire, et nous n'avons pas trouvé qu'il y soit fait mention des différents rites légitimes autorisés dans l'Église ; mais on conclura de la décision ci-dessus que cette mention n'était pas nécessaire. Il suffit que le pouvoir d'ériger y soit donné en termes formels, et sans aucune exception. Or, quoi de plus formel que des Bulles qui concèdent ce pouvoir *in quibuscumque civitatibus, terris et locis,* ou encore *ubique locorum?* La réponse *Ad primum* ne doit donc pas étonner. Il ne faut pas s'étonner non plus que la S. Congrégation ait ajouté la clause qui prescrit le consentement préalable de l'Ordinaire ; c'est là un point de droit tellement établi qu'il eût fallu demander ce

consentement, même quand la réponse n'en eût rien dit.

Il faut remarquer aussi que la décision n'est pas restreinte à la seule confrérie du Rosaire ; elle s'étend à toutes les confréries propres à l'Ordre des Dominicains, et, par voie de conséquence, bien des Supérieurs d'Ordres pourront revendiquer le même droit quant aux confréries qui leur appartiennent.

III.

Doute sur la coexistence de deux confréries ; pouvoirs des Directeurs de confréries.

Basileensis.

In diœcesi Basileensi in distinctis ecclesiis duæ existunt Confraternitates, una quidem sub titulo Sanctissimi Cordis Jesu simpliciter, altera vero sub titulo Adorationis perpetuæ Sanctissimi Cordis Jesu. Jamvero ob existentiam harum Confraternitatum quæ idem saltem objectum principale respiciunt, nonnulla dubia exorta sunt, quorum solutionem Episcopus Basileensis humiliter expostulat ab hac Sacra Congregatione Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præposita.

Quæritur igitur :

I. Utrum fideles utrique Confraternitati, quæ idem objectum cultui exhibet, simul adscribi valeant ? Et quatenus negative, ii Christifideles qui prædictis Confraternitatibus jam adscripti reperiuntur, cuinam adscripti sint retinendi ?

II. Cum rector prædictæ Confraternitatis sub titulo Sanctissimi Cordis Jesu expresse non fuerit constitutus in erectione ipsius Confraternitatis, utrum Parochus qui erectionem postulaverat, et facile uti rector habitus est, valide adscribere potuerit fideles eidem Confraternitati ? Et quatenus negative, petitur sanatio adscriptionum huc usque indebite peractarum.

III. An vicarii ejusdem Parochi ex ejus mandato valide cooptare potuerint Christifideles in Confraternitatem ? Et quatenus negative, item petitur sanatio adscriptionum.

Porro Sacra Congregatio dubiis desuper propositis, exquisito prius unius ex Consultoribus voto, respondit :

Ad I^m. *Affirmative ad primam partem ; ad secundam partem provisum in prima.*

Ad II^m. *Negative quoad primam partem ; quoad secundam exhibeatur suplex libellus pro sanatione.*

Ad III^m. *Negative quoad primam partem, nisi Parocho fuerit facta in concessione facultas subdelegandi suos vicarios aut alios sibi benevisos presbyteros, juxta id quod alias decrevit hæc Sacra Congregatione in* UNA AUXIENSI *sub die 22 Augusti 1842 ; quoad secundam, item exhibeatur supplex libellus, quatenus in Parocho defecerit facultas subdelegandi.*

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem Sacræ Congregationis die 13 Februarii 1894.

FR. IGNATIUS CARD. PERSICO, PRÆFECTUS.

ALEXANDER ARCHIEP. NICOPOLITANUS, *Secretarius.*

Les raisons de ces trois décisions sont faciles à trouver ; c'est pourquoi nous n'insistons pas. Les deux confréries dont il s'agit ont bien pour but le culte du Sacré-Cœur de Jésus ; mais elles ne portent pas le même nom, et n'ont pas la même fin immédiate, puisque l'une se propose l'Adoration perpétuelle du Sacré-Cœur. Elles peuvent donc coexister.

Les deux réponses suivantes sont conformes au droit commun : le curé d'une église où on érige une confrérie n'en est pas le directeur de droit ; il faut qu'il soit désigné. De plus, il ne peut se faire remplacer par son vicaire ou par tout autre prêtre qu'autant qu'il y est autorisé.

Toutefois, on peut dire que, dans sa réponse *Ad tertium*, la S. Congrégation a tenu à rappeler le droit plutôt qu'à répondre au cas particulier qui lui était soumis. Car, dès lors que le curé dont il s'agit n'avait pas de pouvoirs lui-même, il est clair qu'il ne pouvait en donner à son vicaire

par délégation ; la S. Congrégation le savait ; mais elle a préféré une réponse qui tranche tout aussi bien le cas particulier, et fait la lumière sur la question générale.

IV.

Sanation générale des érections invalides du Chemin de la croix.

Frater Aloysius de Parma, Minister Generalis totius Ordinis Minorum, ad pedes Sanctitatis Tuæ prostratus, sequentia humiliter exponit :

In erectione Viæ S. Crucis Stationum non semper et ubique omnia ea adamussim observata fuerunt, quæ a Sancta Sede pro valida erectione præscribuntur, præsertim quoad consensum in scriptis ante erectionem obtinendum. Quapropter, ne fideles Indulgentiis pio exercitio Viæ S. Crucis concessis frustrentur, humilis Orator Sanctitati Tuæ enixe supplicat, quatenus omnes erectiones hucusque ob quoslibet defectus invalide factas benignus sanare dignetur.

Quam gratiam, etc.

Vigore specialium facultatum a Sanctissimo Domino Nostro Leone Papa XIII tributarum, Sacra Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præposita defectus omnes de quibus in supplici libello benigne sanavit.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem Sacræ Congregationis die 7 Aprilis 1894.

FR. IGNATIUS CARD. PERSICO, Præfectus.

Alexander Archiep. Nicopolitanus, *Secretarius.*

Cette fois, la sanation, accordée sur la demande même du Rme P. Ministre Général des Franciscains, est bien générale ; elle s'étend sans nul doute aux érections faites en l'univers entier, et la supplique dit assez qu'elle a pour but

de remédier à *tous les défauts* commis jusqu'à présent dans les érections. Nous disons cela, parce que les *Revues* nous avaient apporté le texte d'une sanation obtenue le 5 Décembre 1893 par Mgr l'Évêque de Namur, et qu'une décision subséquente nous en a appris le caractère particulier. Nous publions ces deux documents ; pour juger du caractère particulier de la sanation de Namur, il n'y a d'autre critérium que l'origine de la demande, qui émane d'un Évêque et, par conséquent, ne concerne que son diocèse. Nous sommes de ceux qui s'y seraient trompés.

Voici le texte de la sanation de Namur.

Beatissime Pater,

Stanislaus Joannes Baptista Decrolière, Episcopus Namurcensis, ad Sanctitatis Vestræ pedes provolutus, humiliter exponit sibi compertum omnino esse Stationes Viæ Crucis non ita raro, etiam post sanationem generalem datam die 31 Julii 1883, varios ob defectus, invalide erectas fuisse.

Cum autem hujusmodi erectiones renovari non possint absque magna difficultate et populi admiratione, hinc, ne fideles percurrentes tales stationes invalide erectas indulgentiis a S. Sede concessis privati existant, reverenter et enixe rogat ut Sanctitas Vestra, pro sua benignitate, omnes S. Viæ Crucis stationes a data enuntiatæ sanationis invalide erectas convalidare ac ratas habere dignetur.

Quod...

Le titre de cet ouvrage en explique la destination. Nul n'ignore que les religieuses sont tenues à l'office du chœur : les novices doivent donc acquérir une connaissance suffisante des Rubriques pour comprendre les indications de l'*Ordo*, y suppléer au besoin, et se rendre compte de l'office qu'elles ont à réciter. Il était dès lors bien à propos de mettre en leurs mains un livre contenant des notions précises, courtes et pratiques, pour leur faciliter l'étude des Rubriques ; et il fallait tenir compte des différents indults ou privilèges de l'Ordre du Carmel.

Nous croyons que cet ouvrage remplira bien ce double objet. Il est exact et précis ; il expose avec une grande clarté tout ce qu'il est essentiel de savoir, et ne se perd pas dans les détails inutiles ou dans les controverses qui pourraient jeter de la confusion dans les esprits.

Aux explications données dans le corps de l'ouvrage sur les privilèges et indults de l'Ordre du Carmel, on a ajouté la traduction des Rubriques générales de l'Ordre, imprimées au commencement du Propre des Bréviaires. Ces Rubriques ont été modifiées depuis la réforme des Rubriques du Bréviaire Romain, et sont en parfaite conformité avec les nouvelles Rubriques. Il est bon d'ajouter que, même dans le reste de l'ouvrage, quand on mentionne un indult ou un privilège spécial à l'Ordre des Carmes, cette mention est faite en termes tels qu'il n'y a pas moyen de s'y tromper et que ceux qui doivent s'en tenir purement et simplement aux rubriques générales du bréviaire, savent tout de suite discerner ce qu'ils ont à prendre et ce qui est particulier à l'Ordre.

De même, les décrets sur les fêtes primaires et secondaires, sur la translation de la fête de saint Joseph soit au lundi d'une semaine de Carême, soit au mercredi de la semaine de Quasimodo, en un mot les décrets les plus récents sont mentionnés dans l'ouvrage et y sont mentionnés à leur place.

L'ouvrage se termine par un Appendice intéressant, qui se partage en deux parties. Dans la première, on explique la manière de fixer, pour chaque année, la date de la fête de Pâques par la connaissance de la lettre dominicale, de l'Epacte et du nombre d'or, et aussi de trouver la lettre du martyrologe de l'année; dans la seconde, on commence par comparer les calendriers qui ont la même lettre dominicale, et ensuite, en récapitulant ce que cette comparaison apprend au lecteur, on en vient à comparer entre eux les calendriers qui ont des lettres dominicales différentes; on arrive ainsi à prévoir les principales difficultés qui se rencontrent dans la préparation des *Ordos* et à dire dans quelles années chacune se rencontre. La première partie de cet Appendice surtout se lit très facilement; on a eu soin d'éviter les termes scientifiques et de se borner aux notions essentielles.

En résumé, cet ouvrage mérite d'être connu, et peut rendre des services même en dehors de sa destination spéciale. Nous faisons des vœux pour qu'il se répande et que la première édition soit vite épuisée.

CONSULTATIONS.

CONSULTATION I.

Quel est le texte authentique de la prière *En ego, o bone Jesu?* Faut-il lire *tuo* ou *suo* dans la phrase : *Quod jam in ore ponebat... David?* Les deux textes présentent un sens bien différent, et il serait bien utile de savoir lequel il faut adopter.

Rép. — C'est *tuo* qu'il faut lire. L'édition de la *Raccolta* de 1887, dont le texte prévaut en cas de doute, porte *tuo;* la question est donc tranchée. Par conséquent, on doit corriger sans hésiter le texte et la traduction que nous avons donnée de cette prière dans notre traduction française de la *Raccolta;* nous ne nous expliquons pas comment nous avons laissé passer *suo* au lieu de *tuo* (1).

CONSULTATION II.

Le chapitre de X... n'a point accepté en 1883 les offices votifs accordés par le décret du 5 juillet, et sa délibération a été approuvée par l'Évêque. Un chanoine légitimement absent du chœur, par exemple, pendant ses vacances, peut-il réciter ces offices en particulier quand il lui plaît?

Rép. — Le chanoine légitimement absent du chœur est tenu de suivre l'*ordo* du chapitre, c'est-à-dire de dire l'office que le chapitre dit au chœur. Si, par exemple, le chapitre

(1) Au moment où nous corrigeons ces lignes, nous trouvons dans les *Analecta ecclesiastica* un décret qui tranche la question dans ce même sens; nous le publierons dans notre prochain numéro.

avait, par une concession légitime, des fêtes spéciales, le chanoine absent devrait les dire quand même. De même, si la cathédrale a un Titulaire qui ne soit pas honoré avec octave dans le diocèse, le chanoine absent durant cette octave ne peut pas faire abstraction du Titulaire pour suivre le calendrier du diocèse : il doit donc faire mémoire de l'octave, ou, si le jour est libre, en réciter l'office ; et si, dans le diocèse, un jour « infra octavam, » on fait de la férie, il ne peut réciter l'office de la férie, parce que ce n'est pas son office.

Ce principe admis, la réponse à la consultation est facile. Puisque le chapitre de X... n'a pas admis les offices votifs, ils ne constituent pas son office et n'ont pas place en son calendrier ; le chanoine absent ne peut les réciter ; il doit faire de la férie, du simple ou de la vigile occurrente, comme s'il était au chœur.

Cette réponse a pour elle une décision de la S. Congrégation des Rites que la Revue a publiée dans le temps (1). Il y est dit que les termes du décret de 1883, qui donnent la liberté de réciter ou de ne pas réciter un office votif, ne s'entendent que de la récitation privée et de *ceux qui ne sont tenus au chœur par aucun titre canonique ;* ils ne s'appliquent donc pas aux chanoines. Ceux-ci n'ont pas la liberté laissée aux ecclésiastiques qui ne sont pas obligés au chœur.

CONSULTATION III.

Cette année la fête du saint nom de Jésus tombait le 14 janvier. Devait-on, aux premières vêpres, faire mémoire du jour octave de l'Épiphanie ? N'y a-t-il pas *bis de eodem ?*

Rép. — La mémoire devait être faite. Nous ne voyons pas pourquoi il y aurait *bis de eodem ;* aussi De Carpo, dans

(1) *Nouv. Revue Théol.*, t. xv, page 318.

son *Calendarium perpetuum*, a-t-il bien soin d'indiquer cette mémoire (on sait que, par concession spéciale de Benoît XIII, la fête du Saint Nom de Jésus se célèbre chez les Observantins, non pas le second dimanche après l'Épiphanie, mais le 14 Janvier).

CONSULTATION IV.

Quæritur an clerici et religiosi qui Breviario Romano *non* utuntur, teneantur sub gravi privatim recitare Officium parvum B. M. V., Officium Defunctorum, Psalmos graduales et pœnitentiales iis diebus, quibus in rubricis præscribitur?

Ad quæstionem hanc bene intelligendam hæc adnotare juvat.

Inter auctores convenit :

1° Pro illis qui Breviario *Romano* utuntur, nullam omnino adesse obligationem dicta officia privatim recitandi. (Quæstio, ut patet, hic non est de Officio Defunctorum die 2ª Novembris.)

2° Neque pro iisdem existere obligationem prædicta officia in choro recitandi, excepto dumtaxat Officio parvo B. M. V. in iis ecclesiis, in quibus est illud dicendi consuetudo.

3° Illos qui Breviario *proprio* utuntur, obligari ad omnia prædicta officia in choro recitanda, si sit consuetudo illa dicendi.

Sed quæritur an illi qui proprio breviario utuntur, ut v. g. Dominicani et Carmelitæ, teneantur omnia prædicta officia privatim recitare, si adsit consuetudo illa dicendi in choro?

Lezana (*Summa quæstionum regularium*, cap. XII, 21 et 22) ad quæstionem hanc affirmative respondet, et citat pro sua sententia Suarez (t. 2, *De Relig.*, l. 4, *de Hor. Can.*, c. 13-25).

Alii auctores asserendo in genere ad prædicta officia recitanda extra chorum neminem teneri, illos qui *proprio* breviario utuntur, non excipiunt.

Cf. Clem. Marc, *Institutiones morales Alphonsianæ*, n. 2207.

Quid vobis ad quæstionem propositam respondendum videtur?

Rép. Il y a un point sur lequel tous les auteurs sont

d'accord : c'est que le Souverain Pontife, S. Pie V, n'a nullement modifié, quant aux petits offices, dont il est question dans la Consultation, pour ceux qui n'adoptaient pas son Bréviaire, ce qui existait auparavant. « Hæc autem gratia, *dit avec raison Suarez*, seu abrogatio obligationis, illis tantum ecclesiis conceditur, quæ illo Breviario Romano utuntur : non vero illis quæ antiquum suum ritum retinent, juxta permissionem ejusdem Pii V; nam illis nulla remissio fit. Quod patet primo ex verbis Constitutionis, in illa clausula, in qua hæc remissio fit.... Ergo tantum a Rubricis sui Breviarii illam vim obligandi aufert, et solum quoad utentes illis revocat obligationem etiam per antiquas consuetudines introductam quoad alias preces, seu officia parva, excepto officio Beatæ Virginis. Ergo ecclesiæ, quæ non gubernantur per Rubricas hujus Breviarii non possunt hac remissione uti. Secundo, est hoc consentaneum rationi : quia qui non suscipit onus, nec indulgentiam sentire debet, et ecclesiæ quæ antiquum usum retinere volunt, merito integram suam consuetudinem et ritum observare coguntur (1). »

Ce principe posé, Suarez et les autres auteurs en concluent qu'il faut consulter l'usage et les Statuts de chacun

(1) Suarez, *De Religione*, Tract. IV, lib. IV, cap. XIII, n. 14. — Cf. Salmanticenses, *Cursus Theologiæ moralis*, Tract. XVI, cap. I, n. 21; Pellizzarius, *Manuale Regularium*, Tract. V, cap. VIII, n. 48; Neusser, *Tractatus de horis canonicis*, Disput. XV, n. LXXVII, Resp. 2°; Guyetus, *Heortologia*, Lib. IV, cap. XIX, quæst. 5; Cap. XXIII, quæst. 9; Bonacina, *De horis canonicis*, Quæst. III, punct. I, n. 12; Lessius, *De justitia et jure*, Lib. II, cap. XXXVII, n. 76; Navarrus, *De oratione et horis canonicis*, Cap. X, n. 3 sq.; Donatus, *Rerum regularium Praxis resolutoria*, Tom. IV, tract. XVIII, quæst. XLVIII, n. 2; Cavalieri, *Opera omnia liturgica*, Tom. II, cap. XLVI, Decret. IV, n. II; Filliucius, *Morales quæstiones*, Tract. XXIII, n. 213; Rosignoli, *De ordinibus ecclesiasticis*, Part. II, quæst. VI, artic. XXVIII, n. 4; Politius, *Expositio regulæ Seraphici S. Francisci*, Cap. III, n. 17; Antonius a Spiritu Sancto, *Directorium Regularium*, Tract. II, Disp. II, n. 161.

des Ordres qui n'ont pas adopté le Bréviaire Romain. « In illis ergo ecclesiis, *conclut Suarez*, quæ Breviario Romano novo non utuntur, consulenda est consuetudo, vel formula recitandi, aut specialia statuta ; nam ex his pendet ea obligatio : universalis enim non est, nec fuit unquam : et cum proportione ad obligationem, erit judicium de culpa (1). » Lessius s'exprime presque de même : « Unde spectanda est, *dit-il*, consuetudo ecclesiarum, et quomodo ea censeatur ibidem recepta (2). »

De ces principes, il résulte que ceux qui usent d'un Bréviaire autre que le Bréviaire Romain, doivent examiner si, dans leur Ordre, une coutume légitime ou des statuts approuvés ont introduit l'obligation de dire les différents Offices dont il est question dans la Consultation.

Pour nous, nous n'avons pas tous les auteurs qui pourraient nous éclairer sur ce point. Voici ce que nous avons trouvé dans ceux que nous possédons.

La Théologie de Salamanque rédigée par les Carmes déchaussés atteste que chez eux existe la coutume de réciter au chœur l'Office de la sainte Vierge les jours de férie et de Saints simples (3).

De son côté, Donatus nous apprend que la récitation du Petit Office de la sainte Vierge n'est pas obligatoire dans son Ordre. « Igitur, *conclut-il*, officium parvum B. M. V. in Ordine nostro non est de præcepto, quod semper obligat,

(1) *Ibid.* — Lezana, à l'endroit cité par l'honorable Consultant, ne s'exprime pas autrement que Suarez; car il dit, num. 21 : « Si in eorum Religionibus sit præceptum, aut consuetudo illud dicendi » et au n. 22 : « Religiosi autem non utentes Breviario Romano, sed alio particulari, prout sunt Carmelitæ, tenentur ad supradicta recitanda, si adsit præceptum, vel consuetudo in Religionibus ipsorum illa recitandi. »

(2) *Op. et loc. cit.*

(3) *Op. et loc. cit.*

sed de Ritu, qui est accessorius ad Constitutiones, quæ, sublato contemptu, libidine, et negligentia, non obligant ad culpam, sed ad pœnam in Constitutionibus taxatam (1). »

Il n'en est pas de même de l'Office des Morts, d'après le même auteur; il devait être dit une fois chaque semaine soit au chœur, soit en particulier, par tous les frères, selon que le prescrivaient les déclarations des Constitutions, où nous lisons : « Item declaramus, quod Fratres tenentur ex præcepto, semel in hebdomada, totum officium Defunctorum dicere, cum dici debet in ecclesia, omni antiqua consuetudine rationabiliter prætermissa (2). »

Quant aux autres Offices, dit Donatus, « In meo Ordine, non sunt de præcepto, sicut nec et Officium B. M. V., alias prædicta nostra Constitutio declarasset, prout declaravit de officio mortuorum (3). »

(1) *Op. cit.*, Tom. IV, tract. XVIII, quæst. XLVI, n. 5. — Il y a cependant un auteur du siècle dernier qui assure que le Général des Dominicains, nommé Antonin Cloche, a déclaré qu'ils étaient tenus de le réciter à ses jours, même hors du chœur. Gaudenzio da Brescia, *Lo Spirito della Serafica Regola*, Confer. IV, pag. 63.

(2) *Loc. cit.*, quæst. XLVII, n. 2.

(3) *Loc. cit.*, quæst. XLVIII, n. 2.

Les gérants : H. & L. CASTERMAN.

Tournai, typ. Casterman.

LETTRE APOSTOLIQUE DE SA SAINTETÉ.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ XIII

EPISTOLA APOSTOLICA.

PRINCIPIBUS POPULISQUE UNIVERSIS

LEO PP. XIII.

SALUTEM ET PACEM IN DOMINO.

Præclara gratulationis publicæ testimonia, quæ toto superiore anno, ob memoriam primordiorum episcopatus Nostri, undique accepimus, quæque proximo tempore insignis Hispanorum pietas cumulavit, hunc imprimis attulere Nobis lætitiæ fructum, quod in illa similitudine concordiaque voluntatum eluxit Ecclesiæ unitas, ejusque cum Pontifice maximo mira conjunctio. Videbatur per eos dies orbis catholicus, quasi rerum ceterarum cepisset oblivio, in ædibus Vaticanis obtutum oculorum animique cogitationem defixisse. Principum legationes, peregrinorum frequentia, plenæ amoris epistolæ, cæremoniæ sanctissimæ id aperte significabant, in obsequio Apostolicæ Sedis cor unum esse omnium catholicorum et animam unam. Quæ res hoc etiam accidit jucundior et gratior, quia cum consiliis cœptisque Nostris admodum congruens. Siquidem gnari temporum et memores

officii, in omni pontificatus Nostri cursu, hoc constanter spectavimus, atque hoc, quantum docendo agendoque potuimus, conati sumus, colligare Nobiscum arctius omnes gentes omnesque populos, atque in conspicuo ponere vim pontificatus romani, salutarem in omnes partes. Maximas igitur et agimus et habemus gratias primum quidem benignitati divinæ, cujus munere beneficioque id ætatis attigimus incolumes : deinde viris principibus, episcopis, clero, privatisque universis, quotquot multiplici testificatione pietatis et obsequii dedere operam ut personam ac dignitatem Nostram honore, Nosque privatim opportuno solatio afficerent.

Quamquam ad plenum solidumque solatium, multum sane defuit. Nam inter ipsas popularis lætitiæ studiique significationes, obversabatur animo multitudo ingens, in illo gestientium catholicorum consensu aliena, partim quod evangelicæ sapientiæ est omnino expers, partim quod, licet christiano initiata nomini, a fide catholica dissidet. Qua re graviter commovebamur, commovemur : neque enim fas est sine intimo doloris sensu cogitationem intendere in tantam generis humani partem longe a Nobis, velut itinere devio, digredientem. — Jamvero, cum Dei omnipotentis vices in terris geramus, qui vult omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire, cumque Nos et sera ætas et amara curarum ad humanum urgeant exitum, visum est redemptoris magistrique nostri Jesu Christi in eo imitari exemplum, quod proxime ad cælestia rediturus summis precibus a Deo Patre flagitavit, ut alumni sectatoresque sui et mente et animo unum fierent : *Rogo.... ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint* (1). Quæ quidem precatio obsecratioque divina quoniam non eos tantum complectitur qui tunc in Jesum Christum crederent, sed etiam quotquot crediturі reliquo tempore essent, idcirco dat illa Nobis causam non ineptam aperiendi fidenter vota Nostra, conandique, quoad possumus, ut homines, nullo generis locorumve

(1) Joan. XVII, 20-21.

discrimine, ad fidei divinæ unitatem vocentur atque incitentur universi.

Urgente propositum caritate, quæ illuc accurrit celerius, ubi opitulandi necessitas major, primum quidem provolat animus ad gentes omnium miserrimas, quæ Evangelii lumen vel nullo modo acceperant, vel acceptum, incuria seu longinquitate, restinxerunt : proptereaque Deum ignorant, et in summo errore versantur. Quoniam salus omnis a Jesu Christo proficiscitur, *nec enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo nos oporteat salvos fieri* (1), votorum Nostrorum hoc est maximum, posse sacrosancto Jesu nomine cunctas terrarum plagas celeriter imbui atque compleri. Qua in re munus efficere sibi demandatum a Deo Ecclesia quidem nullo tempore prætermisit. Quid enim undeviginti sæcula laboravit, quid egit studio constantiaque majore, quam ut ad veritatem atque instituta christiana gentes adduceret? Hodieque frequenter maria transmittunt, ad ultima loca progressuri, ex auctoritate Nostra præcones Evangelii : quotidieque a Deo contendimus ut multiplicare benigne velit sacrorum administros, dignos munere apostolico, qui scilicet commoda sua et incolumitatem et vitam ipsam, si res postulaverit, pro Christi regno amplificando non dubitent devovere.

Tu vero propera, humani generis servator et parens Jesu Christe : exequi ne differas quod olim te dixisti facturum, ut cum exaltatus esses a terra, omnia traheres ad te ipsum. Ergo illabere aliquando, atque ostende te multitudini infinitæ, beneficiorum maximorum, quæ cruore tuo peperisti mortalibus, adhuc experti : excita sedentes in tenebris et umbra mortis, ut radiis illustrati sapientiæ virtutisque tuæ, in te et per te sint *consummati in unum.*

Cujus quidem unitatis sacramentum cogitantibus, occurrit Nobis universitas populorum, quos ab erroribus diuturnis ad evangelicam sapientiam divina pietas jamdiu traduxit. Nihil profecto ad recordationem jucundius, neque ad laudem provi-

(1) Act. IV, 12.

dentissimi numinis præclarius veterum memoria temporum, cum fides divinitus accepta patrimonium commune atque individuum vulgo habebatur : cum exc ultas humanitate gentes, locis, ingenio, moribus dissitas, licet aliis de rebus sæpe dissiderent, dimicarent, nihilominus in eo, quod ad religionem pertinet, fides christiana universas conjugabat. Ad hujus recordationem memoriæ, nimis ægre fert animus, quod successu ætatum, suspicionibus inimicitiisque commotis, magnas ac florentes nationes de sinu Ecclesiæ romanæ male auspicata tempora abstraxerint. Utcumque sit, Nos quidem gratia confisi misericordiaque omnipotentis Dei, qui novit unus opitulandi maturitates, et cujus in potestate est eo, quo vult, voluntates hominum flectere, ad eas ipsas nationes adjicimus animum, easdemque caritate paterna hortamur atque obsecramus, ut redire, compositis dissidiis, velint ad unitatem.

Ac primo peramanter respicimus ad Orientem, unde in orbem universum initio profecta salus. Videlicet expectatio desiderii Nostri jucundam spem inchoare jubet, non longe abfore ut redeant, unde discessere, fide avita gloriaque vetere illustres, Ecclesiæ orientales. Eo vel magis quod non ingenti discrimine sejunguntur : imo, si pauca excipias, sic cetera consentimus, ut in ipsis catholici nominis vindiciis non raro ex doctrina, ex more, ex ritibus, quibus orientales utuntur, testimonia atque argumenta promamus. Præcipuum dissidii caput, de romani Pontificis primatu. Verum respiciant ad initia, videant quid majores senserint sui, quid proxima originibus ætas tradiderit. Inde enimvero illud Christi divinum testimonium, *Tu es Petrus et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*, luculenter extat de romanis pontificibus comprobatum. Atque in Pontificum numero lectos ex Oriente ipso non paucos prisca vidit ætas, imprimisque Anacletum, Evaristum, Anicetum, Eleutherium, Zosimum, Agathonem : quorum plerisque contigit, ut universæ christianæ reipublicæ administrationem sapienter sancteque gestam, profuso etiam sanguine consecrarent. — Plane liquet quo tempore, qua causa, quibus auctoribus infelix excitata discor-

dia. Ante illud tempus, quo tempore homo separavit quod Deus conjunxerat, sanctum erat apud omnes christiani orbis gentes Sedis Apostolicæ nomen, romanoque Pontifici, ut beati Petri successori legitimo, ob eamque rem Jesu Christi in terris vicario, Oriens pariter atque Occidens consentientibus sententiis sine ulla dubitatione parebant. — Hanc ob causam, si respiciatur ad initia dissidii, Photius ipse oratores de rebus suis Romam destinandos curavit : Nicolaus vero I Pontifex maximus Constantinopolim legatos suos, nullo contra dicente, ab Urbe misit, *ut Ignatii Patriarchæ causam diligenter investigarent, et Sedi Apostolicæ plenis ac veracibus referrent indiciis* : ita ut tota rei gestæ historia primatum romanæ Sedis, quacum dissensus tum erumpebat, aperte confirmet. — Denique in Conciliis magnis tum Lugdunensi II, tum Florentino, supremam romanorum pontificum potestatem nemo ignorat, facili consensione et una omnes voce, latinos græcosque ut dogma sanxisse.

Ista quidem ob hanc rem consulto revocavimus, quia ad reconciliandam pacem velut invitamenta sunt : eo vel magis, quod hoc tempore perspicere in orientalibus videmur multo mitiorem erga catholicos animum, imo propensionem quamdam benevolentis voluntatis. Id nominatim non multo ante apparuit, cum scilicet nostris, pietatis causa in Orientem advectis, egregia humanitatis amicitiæque præstita officia vidimus. — Itaque *os Nostrum patet ad vos*, quotquot estis, græco aliove orientali ritu, Ecclesiæ catholicæ discordes. Magnopere velimus, reputet unusquisque apud se illam Bessarionis ad patres vestros plenam amoris gravitatisque orationem : *Quæ nobis relinquetur apud Deum responsio, quare a fratribus divisi fuerimus, quos ut uniret et ad unum ovile redigeret, ipse descendit de cœlo, incarnatus et crucifixus est? quæ nostra defensio erit apud posteros nostros? non patiamur hæc, Patres optimi : non habeamus hanc sententiam, non ita male nobis consulamus et nostris.* — Quæ sint postulata Nostra, probe per se ipsa et coram Deo perpendite. Nulla quidem humana re, sed caritate divina, communisque salutis studio permoti, reconciliationem

conjunctionemque cum Ecclesia romana suademus : conjunctionem intelligimus plenam ac perfectam : talis enim esse nullo modo potest ea, quæ nihil amplius inducat; quam certam aliquam dogmatum credendorum concordiam fraternæque caritatis commutationem. Vera conjunctio inter christianos est, quam auctor Ecclesiæ Jesus Christus instituit voluitque, in fidei et regiminis unitate consistens. Neque est cur dubitetis, quidquam propterea vel Nos vel successores Nostros de jure vestro, de patriarchalibus privilegiis, de rituali cujusque Ecclesiæ consuetudine detracturos. Quippe hoc etiam fuit, idemque est perpetuo futurum in consilio disciplinaque Apostolicæ Sedis positum, propriis cujusque populi originibus moribusque ex æquo et bono non parce tribuere. — At vere redintegrata nobiscum communione, mirum profecto quanta Ecclesiis vestris dignitas, quantum decus, divino munere, accedet. Sic igitur vestram ipsorum supplicationem Deus perbenigne audiat, *Fac cessent schismata ecclesiarum* (1), atque, *Congrega dispersos et reduc errantes, et conjunge sanctæ tuæ catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ* (2) : sic ad illam restituamini unam sanctamque fidem, quam ultima vetustas nobis perinde vobisque constantissime tradidit; quam patres ac majores vestri inviolate servarunt : quam ipsam splendore virtutum, magnitudine ingenii, excellentia doctrinæ certatim illustravere Athanasius, Basilius, Gregorius Nazianzenus, Joannes Chrysostomus, uterque Cyrillus, aliique magni complures, quorum gloria ad Orientem atque Occidentem, tamquam communis hereditas æque pertinet.

Vosque nominatim compellare hoc loco liceat, Slavorum gentes universæ, quarum claritudinem nominis multa rerum gestarum monumenta testantur. Nostis quam egregie de Slavis meruerint sancti in fide patres Cyrillus et Methodius, quorum memoriam Nosmetipsi honore debito augendam aliquot ante

(1) Παῦσον τὰ σχίσματα τῶν ἐκκλησιῶν (In liturg. S. Basilii).

(2) Τοὺς ἐσκορπισμένους ἐπισυνάγαγε, τοὺς πεπλανημένους ἐπανάγαγε, καὶ σύναψον τῇ ἁγίᾳ σου καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ Ἐκκλησίᾳ (Ib.).

annis curavimus. Eorum virtute et laboribus parta plerisque e genere vestro populis humanitas et salus. Quo factum ut Slavoniam inter et romanos pontifices pulcherrima vicissitudo hinc beneficiorum, illinc fidelissimæ pietatis diu extiterit. Quod si majores vestros misera temporum calamitas magnam partem a professione romana alienavit, considerate quantî sit redire ad unitatem. Vos quoque Ecclesia pergit ad suum revocare complexum, salutis, prosperitatis, magnitudinis præsidium multiplex præbitura.

Caritate non minore ad populos respicimus, quos, recentiore memoria, insolita quædam rerum temporumque conversio ab Ecclesia romana sejunxit. Variis exactorum temporum casibus oblivione dimissis, cogitationem supra humana omnia erigant, animoque veritatis et salutis unice cupido, reputent apud se constitutam a Christo Ecclesiam. Quacum si velint congregationes conferre suas, et quo loco in illis religio sit æstimare, facile dabunt, se quidem multis maximisque in rebus, primordiorum oblitos, ad nova errore vario defluxisse; neque diffitebuntur, ex eo velut patrimonio veritatis, quod novarum rerum auctores secum in secessione avexerant, nullam fere formulam fidei certam atque auctoritate præditam apud ipsos superesse. Immo vero illuc jam deventum, ut multi non vereantur fundamentum ipsum convellere, in quo religio tota et spes omnis mortalium unice nititur, quod est divina Jesu Christi Servatoris natura. Pariter, quos antea novi veterisque Testamenti libros affirmabant divino afflatu conscriptos, eis nunc talem abnegant auctoritatem : quod sane, data cuilibet potestate interpretandi sensu judicioque suo, omnino consequi erat necesse. — Hinc sua cujusque conscientia, sola dux et norma vitæ, qualibet alia rejecta agendi regula : hinc pugnantes inter se opiniones et sectæ multiplices, eædemque persæpe in *naturalismi* aut *rationalismi* placita abeuntes. Quocirca, desperato sententiarum consensu, jam conjunctionem prædicant et commendant fraternæ caritatis. Atque id sane vere : quandoquidem caritate mutua conjuncti esse universi debemus. Id enim maxime Jesus Christus præcepit,

atque hanc voluit esse sectatorum suorum notam, diligere inter se. Verum qui potest copulare animos perfecta caritas, si concordes mentes non effecerit fides? — His de causis complures eorum de quibus loquimur, sano judicio, veritatisque studiosi, certam salutis viam in Ecclesia catholica quæsivere, cum plane intelligerent nequaquam se posse cum Jesu Christo tamquam capite esse conjunctos, cujus non adhærescerent corpori, quod est Ecclesia : nec sinceram Christi fidem adipisci, cujus magisterium legitimum, Petro et successoribus traditum, repudiarent. Ii videlicet in Ecclesia romana expressam veræ Ecclesiæ speciem atque imaginem dispexere, inditis ab auctore Deo notis plane conspicuam : ideoque in ipsis numerantur multi, acri judicio subtilique ad antiquitatem excutiendam ingenio, qui Ecclesiæ romanæ ab Apostolis continuationem, dogmatum integritatem, disciplinæ constantiam scriptis egregiis illustrarint. Igitur horum virorum proposito exemplo, compellat vos plus animus quam oratio, fratres nostri, qui tria jam sæcula nobiscum de fide christiana dissidetis, itemque vos, quotcumque deinceps quavis de causa seorsum a nobis abiistis. *Occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionis filii Dei* (1). Ad hanc unitatem, quæ nullo tempore Ecclesiæ catholicæ defuit, nec potest ulla ratione deesse, sinite ut vos invitemus, dextramque peramanter porrigamus. Vos Ecclesia, communis parens, jamdiu revocat ad se, vos catholici universi fraterno desiderio expectant, ut sancte nobiscum colatis Deum, unius Evangelii, unius fidei, unius spei professione in caritate perfecta conjuncti.

Ad plenum optatissimæ unitatis concentum, reliquum est ut ad eos, quotquot toto orbe sunt, transgrediatur oratio, quorum in salute diu evigilant curæ cogitationesque Nostræ : catholicos intelligimus, quos romanæ professio fidei uti obedientes facit Apostolicæ Sedi, ita tenet cum Jesu Christo conjunctos. Non ii quidem ad veram sanctamque unitatem cohortandi, quippe cujus jam sunt, divina bonitate, compotes : monendi tamen ne, ingra-

(1) Eph. IV, 13.

vantibus undique periculis, summum Dei beneficium socordia atque ignavia corrumpant. — Hujus rei gratia, quæ Nosmetipsi gentibus catholicis vel universis vel singulis alias documenta dedimus, ex iis cogitandi agendique normam opportune sumant : illudque imprimis velut summam sibi legem statuant, magisterio auctoritatique Ecclesiæ non anguste, non diffidenter, sed toto animo et perlibente voluntate omnibus in rebus esse parendum. — Qua in re animum advertant, illud quam valde sit unitati christianæ perniciosum, quod germanam formam notionemque Ecclesiæ varius opinionum error passim obscuravit, delevit. Ea quippe, Dei conditoris voluntate ac jussu, societas est genere suo perfecta; cujus officium ac munus est imbuere præceptis institutisque evangelicis genus humanum, tuendaque integritate morum et christianarum exercitatione virtutum, ad eam, quæ unicuique hominum proposita in cælis est, felicitatem adducere. Quoniamque societas est, uti diximus, perfecta, idcirco vim habet virtutemque vitæ, non extrinsecus haustam, sed consilio divino et suapte natura insitam : eademque de causa nativam habet legum ferendarum potestatem, in iisque ferendis rectum est eam subesse nemini : itemque aliis in rebus, quæ sint juris sui, oportet esse liberam. Quæ tamen libertas non est ejusmodi, ut ullum det æmulationi invidiæque locum : non enim potentiam consectatur Ecclesia, neque ulla cupiditate sua impellitur, sed hoc vult, hoc expetit unice, tueri in hominibus officia virtutum, et hac ratione, hac via, sempiternæ eorum saluti consulere. Ideoque facilitatem indulgentiamque maternam adhibere solet : imo etiam non raro contingit, ut plura temporibus civitatum tribuens, uti jure suo abstineat : quod sane pacta ipsa abunde testantur cum imperiis sæpe conventa. — Nihil magis ab ea alienum, quam rapere ad se quicquam de jure imperii : sed vicissim vereatur imperium necesse est jura Ecclesiæ, caveatque ne ullam ex iis partem ad se traducat. — Nunc vero, si res et facta spectentur, cujusmodi est temporum cursus? Ecclesiam videlicet suspectam habere, fastidire, odisse, invidiose criminari nimis multi consuevere : quodque multo gravius, id agunt omni

ope et contentione, ut ditioni gubernatorum civitatis faciant servientem. Hinc sua ipsi et erepta bona, et deducta in angustum libertas : hinc alumnorum sacri ordinis circumjecta difficultatibus institutio : perlatæ in Clerum singulari severitate leges : dissolutæ, prohibitæ, optima christiani nominis præsidia, religiosorum sodalitates : brevi, *regalistarum* præcepta atque acta acerbius renovata. Hoc quidem est vim afferre sanctissimis Ecclesiæ juribus : quod maxima gignit civitatibus mala, propterea quod cum divinis consiliis aperte pugnat. Princeps enim atque opifex mundi Deus, qui hominum congregationi et civilem et sacram potestatem providentissime præposuit, distinctas quidem permanere eas voluit, at vero sejunctas esse et confligere vetuit. Quin immo cum Dei ipsius voluntas, tum commune societatis humanæ bonum omnino postulat, ut potestas civilis in regendo gubernandoque cum ecclesiastica conveniat. Hinc sua et propria sunt imperio jura atque officia, sua item Ecclesiæ : sed alterum cum altera concordiæ vinclo colligatum esse necesse est. — Ita sane futurum, ut Ecclesiæ imperiique necessitudines mutuæ ab illa sese expediant perturbatione, quæ nunc est, non uno nomine improvida, bonisque omnibus permolesta : pariterque impetrabitur, ut non permixtis, neque dissociatis utriusque rationibus, reddant cives *quæ sunt Cæsaris, Cæsari, quæ sunt Dei, Deo.*

Simili modo magnum unitati discrimen ab ea hominum secta impendet, quæ *Massonica* nominatur, cujus funesta vis nationes præsertim catholicas jamdiu premit. Turbulentorum temporum nacta favorem, viribusque et opibus et successu insolescens, dominatum suum firmius constabilire, latiusque propagare summa ope contendit. Jamque ex latebra et insidiis in lucem erupit civitatum, atque in hac Urbe ipsa, catholici nominis principe, quasi Dei numen lacessitura consedit. Quod vero calamitosissimum est, ubicumque vestigium posuit, ibi in omnes sese ordines in omniaque instituta reipublicæ infert, si tandem summam arbitriumque obtineat. Calamitosissimum id quidem : ejus enim manifesta est quum opinionum pravitas tum consilio-

rum nequitia. Per speciem vindicandi juris humani civilisque societatis instaurandæ, christianum nomen hostiliter petit : traditam a Deo doctrinam repudiat : officia pietatis, divina sacramenta, tales res augustiores, tamquam superstitiosa vituperat : de matrimonio, de familia, de adolescentium institutione, de privata omni et publica disciplina, christianam formam detrahere nititur, omnemque humanæ et divinæ potestatis reverentiam ex animo evellere populorum. Præcipit vero colendam homini esse naturam, atque hujus unius principiis æstimari ac dirigi veritatem, honestatem, justitiam oportere. Quo pacto, uti perspicuum est, compellitur homo ad mores fere vitæque consuetudinem ethnicorum, eamque multiplicatis illecebris vitiosiorem. — Hac de re, quamquam alias a Nobis gravissimeque est dictum, Apostolica tamen vigilantia adducimur in idem ut insistamus, etiam atque etiam monentes, in tam præsenti periculo nullas esse cautiones tantas, quin suscipiendæ sint majores. Clemens prohibeat Deus nefaria consilia : sentiat tamen atque intelligat populus christianus, indignissimum sectæ jugum excutiendum aliquando esse : excutiantque enixius, qui durius premuntur, Itali et Galli. Quibus armis, qua ratione id rectius possint, jam Nos ipsi demonstravimus : neque victoria incerta eo fidentibus duce, cujus perstat divina vox : *Ego vici mundum* (1).

Utroque depulso periculo, restitutisque ad fidei unitatem imperiis et civitatibus, mirum quam efficax medicina malorum et quanta bonorum copia manaret. Præcipua libet attingere.

Pertinet primum ad dignitatem ac munera Ecclesiæ : quæ quidem receptura esset honoris gradum debitum, atque iter suum et invidia vacuum et libertate munitum pergeret, administra evangelicæ veritatis et gratiæ; idque singulari cum salute civitatum. Ea enim cum magistra sit et dux hominum generi a Deo data, conferre operam potest præcipue accommodatam maximis temporum conversionibus in commune bonum temperandis, causis vel impeditissimis opportune dirimendis, recto

(1) Jo. XVI, 33.

justoque, quæ firmissima sunt fundamenta reipublicæ, provehendo.

Præclara deinde conjunctionis inter nationes accessio fieret, desideranda maxime hoc tempore, ad tætra bellorum discrimina præcavenda. — Ante oculos habemus Europæ tempora. Multos jam annos plus specie in pace vivitur, quam re. Insidentibus suspicionibus mutuis, singulæ fere gentes pergunt certatim instruere sese apparatu bellico. Improvida adolescentium ætas procul parentum consilio magisterioque in pericula truditur vitæ militaris : validissima pubes ab agrorum cultura, a studiis optimis, a mercaturis, ab artificiis, ad arma traducitur. Hinc exhausta magnis sumptibus æraria, attritæ civitatum opes, afflicta fortuna privatorum : jamque ea, quæ nunc est, veluti procincta pax diutius ferri non potest. Civilis hominum conjunctionis talemne esse natura statum? Atqui hinc evadere, et pacem veri nominis adipisci, nisi Jesu Christi beneficio, non possumus. Etenim ad ambitionem, ad appetentiam alieni, ad æmulationem cohibendam, quæ sunt maximæ bellorum faces, christiana virtute imprimisque justitia, nihil est aptius : cujus ipsius virtutis munere tum jura gentium et religiones fœderum integra esse possunt, tum germanitatis vincula firmiter permanere, eo persuaso : *Justitia elevat gentem* (1).

Pariter domi suppetet inde præsidium salutis publicæ multo certius ac validius, quam quod leges et arma præbent. Siquidem nemo non videt, ingravescere quotidie pericula incolumitatis et tranquillitatis publicæ, cum seditiosorum sectæ, quod crebra testatur facinorum atrocitas, in eversiones conspirent atque excidia civitatum. Scilicet magna contentione agitatur ea duplex causa, quam *socialem*, quam *politicam* appellant. Utraque sane gravissima : atque utrique sapienter justeque dirimendæ, quamvis laudabilia studia, temperamenta, experimenta sint in medio consulta, tamen nihil aliud tam opportunum fuerit, quam si passim animi ad conscientiam regulamque officii ex interiore

(1) Prov. XIV, 34.

fidei christianæ principio informentur. — De *sociali* causa in hanc sententiam a Nobis non multo ante, data opera, tractatum est, sumptis ab Evangelio, itemque a naturali ratione principiis. De causa *politica*, libertatis cum potestate conciliandæ gratia, quas multi notione confundunt et re intemperanter distrahunt, ex christiana philosophia vis derivari potest perutilis. Nam hoc posito, et omnium assensu approbato, quæcumque demum sit forma reipublicæ, auctoritatem esse a Deo, continuo ratio perspicit, legitimum esse in aliis jus imperandi, consentaneum in aliis officium parendi, neque id dignitati contrarium, quia Deo verius quam homini paretur : a Deo autem *judicium durissimum iis qui præsunt* denuntiatum est, nisi personam ejus recte justeque gesserint. Libertas vero singulorum nemini potest esse suspecta et invisa, quia nocens nemini, in iis quæ vera sunt, quæ recta, quæ cum publica tranquillitate conjuncta, versabitur. — Denique si illud spectetur, quid possit populorum ac principium parens et conciliatrix Ecclesia, ad utrosque juvandos auctoritate consilioque suo nata, tum maxime apparebit quantum salutis communis intersit ut gentes universæ inducant animum idem de fide christiana sentire, idem profiteri.

Ista quidem cogitantes ac toto animo concupiscentes, longe intuemur qualis esset rerum ordo in terris futurus, nec quidquam novimus consequentium bonorum contemplatione jucundius. Fingi vix animo potest, quantus ubique gentium repente foret ad omnem excellentiam prosperitatemque cursus, constituta tranquillitate et otio, incitatis ad incrementa litteris, conditis insuper auctisque christiano more, secundum præscripta Nostra, agricolarum, opificum, industriorum consociationibus, quarum ope et vorax reprimatur usura, et utilium laborum campus dilatetur.

Quorum vis beneficiorum, humanarum atque excultarum gentium nequaquam circumscripta finibus, longe lateque, velut abundantissimus amnis, defluueret. Illud enim est considerandum, quod initio diximus, gentes multitudine infinitas plura jam sæcula et ætates præstolari, a quo lumen veritatis huma-

nitatisque accipiant. Certe, quod pertinet ad sempiternam populorum salutem, æternæ mentis consilia longissime sunt ab hominum intelligentia remota : nihilominus si per varias terrarum plagas tam est adhuc infelix superstitio diffusa, id non minima ex parte vitio dandum subortis de religione dissidiis. Nam, quantum valet mortalis ratio ex rerum eventis existimare, hoc plane videtur Europæ munus assignatum a Deo, ut christianam gentium humanitatem ad omnes terras sensim perferat. Cujus tanti operis initia progressusque, superiorum ætatum parta laboribus, ad læta incrementa properabant, cum repente discordia sæculo XVI deflagravit. Discerpto disputationibus dissidiisque nomine christiano, extenuatis Europæ per contentiones et bella viribus, funestam temporum vim sacræ expeditiones sensere. Insidentibus discordiæ causis, quid mirum si tam magna pars mortalium moribus inhumanis et vesanis ritibus implicita tenetur? Omnes igitur pari studio demus operam ut concordia vetus, communis boni causa restituatur. Ejusmodi reconciliandæ concordiæ, pariterque beneficiis christianæ sapientiæ late propagandis, opportuna maxime fluunt tempora, propterea quod humanæ fraternitatis sensa nunquam altius in animos pervasere, neque ulla ætate visus homo sui similes, noscendi opitulandique causa, studiosius anquirere. Immensos terrarum marisque tractus celeritate incredibili currus et navigia transvehuntur; quæ sane egregios usus afferunt, non ad commercia tantummodo curiositatemque ingeniosorum, sed etiam ad verbum Dei ab ortu solis ad occasum late disseminandum.

Non sumus nescii, quam diuturni laboriosique negotii sit rerum ordo, quem restitutum optamus : nec fortasse deerunt, qui Nos arbitrentur nimiæ indulgere spei, atque optanda magis, quam expectanda quærere. Sed Nos quidem spem omnem ac plane fiduciam collocamus in humani generis Servatore Jesu Christo, probe memores, quæ olim et quanta per stultitiam Crucis et prædicationis ejus patrata sint, *hujus mundi* obstupescente et confusa *sapientia*. — Principes vero et rectores civitatum nominatim rogamus, velint pro civili prudentia sua et

fideli populorum cura consilia Nostra ex veritate æstimare, velint auctoritate et gratia fovere. Quæsitorum fructuum si vel pars provenerit, non id minimi fuerit beneficii loco in tanta rerum omnium inclinatione, quando impatientia præsentium temporum cum formidine jungitur futurorum.

Extrema sæculi superioris fessam cladibus trepidamque perturbationibus Europam reliquere. Hæc, quæ ad exitum properat ætas, quidni, versa vice, humano generi hereditate transmittat auspicia concordiæ cum spe maximorum bonorum, quæ unitate fidei christianæ continentur?

Adsit optatis votisque Nostris *dives in misericordia Deus, cujus in potestate tempora sunt et momenta*, benignissimeque implere maturet divinum illud Jesu Christi promissum, *fiet unum ovile et unus pastor* (1).

Datum Romæ apud S. Petrum die XX Junii anno MDCCCXCIV, Pontificatus Nostri decimo septimo.

LEO PP. XIII.

(1) Joann. x, 16.

BREF DE SA SAINTETÉ.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ XIII

EPISTOLA AD ARCHIEPISCOPUM LIMANUM
CETEROSQUE PERUVIÆ EPISCOPOS.

Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Limano ceterisque Peruviæ Episcopis

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Inter graves ac multiplices curas quibus, ex supremi Apostolatus munere, assidue distinemur ac premimur, litteras officii plenas libenti animo accepimus, quas Vos, Venerabiles Fratres, post celebratos in Limensi urbe conventus, ad Nos dedistis. — Eas equidem perlegentes, pro paterna, quam in vos retinemus gentemque vestram, caritate, delectati magnopere sumus de iterato erga Nos et hanc Beati Petri Sedem amoris fideique testimonio; maxime vero gavisi de concordi studio, quo Nostris optatis obsecundantes coivistis simul ad summa religionis negotia tractanda et ad mores optimos in grege provehendos, quem *Spiritus Sanctus posuit vos regere* (1).

Probamus certe admodum, Venerabiles Fratres, hanc volun-

(1) Act. xx, 28.

tatem, quæ pastoralem curam vestram ostendit, ut commissi vobis fideles in catholici nominis sinceritate persistant. — Placet nihilominus nova veluti currentibus addere incitamenta, ut ea nempe, quam iniistis, via pergentes strenui, cœtus hujusmodi, pro rerum opportunitate ac necessitate, frequentetis. Persuasum etenim Nobis est, ex perpetuo Ecclesiæ more ac sententia, quod ediximus pluries, longe validius adversus gliscentes et invalescentes circumquaque errores pugnatum iri, ac religionis sanctissimæ rationibus securius firmiusque prospectum, si collatis consiliis communicatisque propositis, sacrorum Antistites arctius inter se jungantur.

Harum vero congressionum quo ampliores habeantur fructus et largiora inde in gentem vestram commoda deriventur, ex Nostra religiosarum rerum, ut in Peruvia, notitia, et ex ardenti quo tenemur desiderio, catholicum nomen apud vos lætiora in dies capere incrementa; libet, Venerabiles Fratres, quædam enucleatius commendasse vobis, ad quæ sollicitos præ ceteris intendatis animos. Ea quippe sunt, quæ apprime valent ad fidei viam muniendam et ad Ecclesiæ efficacitatem explicandam; quæ Nos idcirco, et crebris editis communibus documentis, et singularibus ad Episcopos datis litteris, inculcare nunquam destitimus.

Quod primum igitur est, eo studiorum vestrorum spectabunt præcipua, ut opportuna adjumenta excogitetis quibus in alumnis sacri ordinis, non modo disciplina morum servetur sancte, verum etiam doctrinarum acquirendarum stet vivax ardor; quo fiat, ut quæ inter ephebos in spem Ecclesiæ succrescentes inclinari forte ac languescere videntur studia, in eum adducantur splendorem, quem Nos jure optamus, quemque religionis expetunt tempora. Nostis enim, Venerabiles Fratres, id fuisse Dei providentis consilium, ut, quo primum pacto fortissimis martyribus usus est ad apertam tyrannorum vim sævitiamque frangendam, ita ut martyrum sanguinem semen christianorum faceret; eodem pacto viros insigni sapientia nullo non tempore destinarit, qui veritatis thesauros, quos Unigenitus Filius e sinu Patris in ter-

ras detulit et Ecclesiæ concreditos voluit, non sacra solum auctoritate, sed vel humanæ rationis præsidiis tuerentur. Nunc autem, quum perversarum opinionum contagione infecta et corrupta sint omnia, ac, specie progredientis doctrinæ, sapientiæ a Deo traditæ obsistatur maxime et repugnetur; pronum est intelligere, iis defensoribus opus esse, qui omnigeno armorum genere e scientiis deprompto, *parati semper* (1) sint, uti monet Apostolus, *ad satisfactionem omni poscenti rationem de ea, quæ in nobis est, spe; et exhortari in doctrina sana, et eos qui contradicunt arguere* (2). In moderanda vero pro seminariis vestris ratione studiorum, vobis, Venerabiles Fratres, ob oculos esse volumus quæ Nosmet encyclicis litteris ea de re præscripsimus. Ut nempe in philosophicis doctrinis tradendis maximus Angelico Doctori Thomæ Aquinati habeatur honos, et quæ ex hujus voluminibus jugi et prædivite vena dimanat sapientia, ab romanis Pontificibus perpetuis honestata laudibus, studiosæ juventuti large effuseque impertiatur. Tum physicarum doctrinarum studia ne negligantur; nam, præterquamquod tanto nunc sunt in pretio, inde potissimum catholicorum dogmatum osores argumenta petunt ad illorum veritatem debilitandam : quapropter cavendum ne in sacro Ordine desiderentur qui, ad hujusmodi bellum prudentes, eisdem ipsorum armis adversarios homines evertant, errores refellant. Demum quæ nuper de Biblicis studiis excolendis ediximus, religiose custodiantur. Hæc si præstabitis, et Clerus florebit honore suo et Ecclesiæ laus manebit, quæ semper optimorum studiorum fautrix et altrix est habita vereque habenda est; vobis præterea idonei homines præsto erunt, qui, vocati in partem ministerii vestri, magno vobis erudiendis populis pietatique fovendæ usui futuri sint et adjumento.

Jam alterum, quod vobis intime volumus commendatum, illud est, ut curiones parœciis regundis præficiantur quam qui optimi. Etenim qui ad hoc munus, honore quidem et auctoritate plenum

(1) Petr. III, 15. (2) Tit. I, 9.

et salebris curisque plenius, provehuntur, ii sunt, quos sibi Episcopi pastoralis sollicitudinis socios adjungunt, quibusque præcipuis utuntur adjutoribus *ad informationem eorum qui Christo credunt in vitam æternam* (1). Curiones namque sibi Christus assumit ut vigilias fideles agitent, ne populus Dei sanctus impressione hostium periclitetur ac detrimentum capiat. Animarum veluti patres constituuntur, quæ ad imaginem Conditoris factæ (2), *emptæ sunt Deo et Agno, non corruptibilibus auro vel argento, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi* (3); eas igitur *iterum parturiant* oportet, *donec formetur Christus in illis* (4). Pastores sunt, qui, nisi in mercenariis censeri malint, debent oves suas agnoscere, verbi Dei pabulo nutrire, sacramentorum præsidio instruere; factique ipsi forma gregis, *habentes mysterium verbi in conscientia pura* (5), sic plebem creditam moderentur, ut Apostoli verba usurpare possint : *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi* (6). Postremo angelorum loco habentur merito, quos mittit Deus ante populum suum *ut custodiant illum in via* (7), ac medios per hostes *introducant in locum quem paravit,* civitatem sanctam Hierusalem, *paratam revelari in nobis in tempore novissimo* (8). Hæc quum ita sint, videtis, Venerabiles Fratres, quanta vobis industria sit opus in curionibus deligendis, quanta quamque assidua vigilantia ad eosdem in officio continendos. Homines esse tales necesse est, quibus ea Domini congruant : *Vos estis lux mundi, vos estis sal terræ* (9); caritate igitur et animarum studio incensos, qui non quærant quæ sua sunt, sed quæ Jesu Christi, parati labores perpeti ac porro animam pro ovibus ponere. Nam qui turpis lucri gratia vel humanis ducti rationibus tam arduum verendumque munus suscipere contendant, qui convenienti vitæ sanctimonia doctrinaque careant, ii penitus arcendi sunt; mer-

(1) I Tim. I, 16.
(2) Apoc. XIV, 4.
(3) I Petr. I, 18.
(4) Galat. IV, 10.
(5) I Tim. III, 9.
(6) I Cor. XIV, 16.
(7) Exod. XXIII, 20.
(8) I Petr. I, 5.
(9) Matth. V, 14.

cenarii sunt enim nec intrantes per ostium, ac sal infatuatum quod *ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras et conculcetur ab hominibus* (1).

cerunt, qui, in ecclesiastici concentus uniformitate, Apostolicæ Sedi unice obtemperandum jure meritoque existimant. Quum autem qui Aretium hanc ob causam contenderant, vota quædam seu postulata de eadem re non tantum in populum prodiderint, verum etiam Sanctissimo Domino Nostro Leoni XIII formulis concinnata exhibuerint, Pontifex idem, negotii gravitate permotus, ut sacrorum concentuum, potissimum vero Gregoriani cantus, unitati et dignitati consuleret, vota illa seu postulata in examen adducenda assignavit peculiari Cœtui ab se delecto quorumdam Patrum Cardinalium Sacris tuendis Ritibus Præpositorum. Qui, omnibus mature perpensis, exquisitisque insignium quoque virorum sententiis, die 10 Aprilis anno 1883 sine ulla dubitatione decernendum censuerunt : « *Vota seu postulata ab Aretino Conventu superiore anno emissa, ac Sedi Apostolicæ ab eodem oblata pro liturgico cantu Gregoriano ad vetustam traditionem redigendo, accepta uti sonant, recipi probariquè non posse. Quamvis enim ecclesiastici cantus cultoribus integrum liberumque semper fuerit ac deinceps futurum sit, eruditionis gratia, disquirere quœnam vetus fuerit ipsius ecclesiastici cantus forma, variœquœ ejusdem phases, quemadmodum de antiquis Ecclesiæ ritibus ac reliquis Sacræ Liturgiæ partibus eruditissimi viri cum plurima commendatione disputare et inquirere consueverunt ; nihilominus eam tantum uti authenticam Gregoriani cantus formam atque legitimam hodie habendam esse, quæ, juxta Tridentinas sanctiones, a Paulo V, Pio IX sa. me. et Sanctissimo Domino Nostro Leone XIII atque a Sacra Rituum Congregatione, juxta Editionem nuper adornatam, rata habita est et confirmata, utpote quæ unice eam cantus rationem contineat, qua Romana utitur Ecclesia. Quocirca de hac authenticitate et legitimitate, inter eos, qui Sedis Apostolicæ auctoritati sincere obsequuntur, nec dubitandum neque amplius disquirendum esse.* »

Attamen postremis hisce annis, diversas ob causas, pristinæ difficultates iterum interponi, recentesque immo concertationes instaurari visæ sunt, quæ vel ipsam quum hujus Editionis tum

cantus in ea contenti genuinitatem aut infirmare aut penitus impetere aggrederentur. Neque etiam defuere qui ex desiderio, quo Pius IX et Leo XIII, Pontifices Maximi, ecclesiastici cantus uniformitatem summopere commendatam habuerunt, alios quoscumque cantus, in Ecclesiis peculiaribus jampridem adhibitos, omnino vetari inferrent. Ad hæc dubia satius enucleanda, omnesque in posterum ambiguitates arcendas, Sanctitas Sua judicium hac de re deferendum constituit Congregationi Ordinariæ omnium Patrum Cardinalium Sacris tuendis Ritibus Præpositorum, qui, in cœtibus ad diem 7 et 12 Junii nuper elapsi convocatis, resumptis omnibus ad rem pertinentibus aliisque mox exhibitis mature perpensis, unanimi responderunt sententia : « *Servandas esse dispositiones sa. me. Pii IX in Brevi « Qui choricis » diei 30 Maii 1873, Sanctissimi Domini Nostri Leonis Papæ XIII in Brevi « Sacrorum Concentuum » diei 15 Novembris 1878, ac S. R. C. in Decreto diei 26 Aprilis 1883.* » — Quod autem ad libertatem attinet, qua Ecclesiæ peculiares cantum legitime invectum et adhuc adhibitum possint retinere, Sacra eadem Congregatio decretum illud iterandum atque inculcandum statuit, quo, in cœtu die 10 Aprilis an. 1883 habito, plurimum hortabatur omnes locorum Ordinarios aliosque ecclesiastici cantus cultores, ut Editionem præfatam, in Sacra Liturgia, ad cantus uniformitatem servandam, adoptare curarent, quamvis illam, iuxta prudentissimam Sedis Apostolicæ agendi rationem, singulis Ecclesiis non imponeret.

Facta autem de his omnibus per infrascriptum S. R. C. Præfectum Sanctissimo Domino Nostro Leoni XIII fideli relatione, Sanctitas Sua Decretum Sacræ Congregationis ratum habuit, confirmavit, et publici juris fieri mandavit die 7 Julii an. 1894.

CAJET. CARD. ALOISI MASELLA S. R. C. Præfectus.

Aloisius Tripepi, *S. R. C. Secretarius.*

II.

IN FESTO S. VINCENTII A PAULO, CONFESSORIS.

Additio ad calcem VI Lectionis.

Post verba : die decima nona mensis Julii quotannis assignata, *addatur :* Hunc autem divinæ caritatis eximium heroem, de unoquoque hominum genere optime meritum, Leo Tertius decimus, instantibus pluribus Sacrorum Antistitibus, omnium Societatum caritatis in toto catholico orbe existentium, et ab eo quomodocumque promanantium, peculiarem apud Deum Patronum declaravit et constituit.

Additio Martyrologio Romano inserenda.

(19 Julii). Quarto decimo Kalendas Augusti... Sancti Vincentii a Paulo Confessoris, qui obdormivit in Domino quinto Kalendas Octobris. Hunc Leo decimus tertius omnium Societatum caritatis in toto catholico orbe existentium, et ab eo quomodocumque promanantium, cœlestem apud Deum Patronum constituit.

ORBIS.

Quum per litteras Apostolicas in forma Brevis diei 12 Maii 1885, Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII Sanctum Confessorem Vincentium a Paulo *omnium Societatum caritatis in toto catholico orbe existentium et ab eo quomodocumque promanantium ceu peculiarem apud Deum patronum* declaraverit et constituerit; Rmus D. Antonius Fiat, Moderator Generalis Congregationis Missionis, quo sancti Patris ac Fundatoris sui in universa Ecclesia honor et gloria magis magisque adaugeatur, Sanctissimum eumdem Dominum Nostrum iteratis precibus rogavit, ut de hujusmodi Patronatu tam in Officio quam in Martyrologio Romano, die decimanona Julii, per additamenta a se proposita, mentionem fieri benigne concederet.

Hæ porro additiones quum a me infrascripto Cardinali Sacræ Rituum Congregationi Præfecto et Relatore, in Ordinariis ipsius Sacræ Congregationis Comitiis ad Vaticanum subsignata die coadunatis, ut approbarentur propositæ fuerint; Emi ac Rmi

Patres Sacris tuendis Ritibus præpositi, audito R. P. D. Augustino Caprara S. Fidei Promotore, ita rescribere rati sunt :

Pro gratia, et ad Emum Ponentem cum Promotore Fidei.

Die 10 Julii 1894.

Itaque earumque additionum revisione per me infrascriptum Cardinalem una cum eodem S. Fidei Promotore rite peracta, atque a me ipso facta Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papæ XIII de hisce omnibus relatione, Sanctitas Sua sententiam ejusdem Sacræ Congregationis ratam habens, ejusmodi additamenta, prout huic præjacent Decreto, tam in Breviario quam in Martyrologio Romano inseri jussit.

Die 23 iisdem mense et anno.

CAJ. CARD. ALOISI MASELLA, S. R. C. Præf.

Aloisius Tripepi, *Secret.*

III.

Die 8 Martii.

IN FESTO SANCTI JOANNIS DE DEO, CONFESSORIS.

Additio ad calcem VI Lectionis.

Post verba : « In sanctorum numerum retulit », *addatur :*

Et Leo decimus tertius, ex sacrorum catholici orbis Antistitum voto ac Rituum Congregationis consulto, cœlestem omnium hospitalium et infirmorum ubique degentium Patronum declaravit, ipsiusque nomen in agonizantium Litaniis invocari præcepit.

Additio Martyrologio Romano inserenda.

(8 Martii) Octavo Idus Martii . . . . . .

Granatæ in Hispania, Sancti Joannis de Deo, Ordinis Fratrum Hospitalitatis Infirmorum Institutoris, misericordia in pauperes et sui despicientia celebris : *Quem Leo decimus tertius pontifex maximus omnium hospitalium et infirmorum cœlestem patronum renuntiavit.*

Apud Antinoum, etc.

ORBIS.

Quo subsidia cœlitus multiplicentur, dum ab infensissimis christianæ religionis hostibus bellum quoque instauratur in nosocomia, ecclesiasticæ auctoritati jam subducta, omnique spirituali solamine fere orbata ; Rmus P. Joannes Maria Alfieri, Prior Generalis Ordinis S. Joannis de Deo, præeuntibus non paucis quum Eminentissimis Patribus tum Reverendissimis Sacrorum Antistitibus, consecutus est, ut, per Litteras Apostolicas in forma Brevis diei 22 junii 1886, Sanctus Joannes de Deo, misericordia erga pauperes ægrotos vere insignis, omnium Hospitalium et Infirmorum, una cum S. Camillo de Lellis, cœlestis Patronus declaratus et constitutus fuerit. Nuper autem piis Fratrum ipsius Ordinis votis satisfacturus, Parentis sui honorem et gloriam in orbe adaugeri cupientium, Reverendissimus Pater Cassianus Maria Gasser, hodiernus Prior Generalis Ordinis memorati, Sanctissimum Dominum Nostrum Leonem Papam XIII iteratis precibus rogavit, ut tantum caritatis heroem præclaro ejusmodi Patroni titulo tam in officio, quam in martyrologio cohonestandum decernere dignaretur. Cum igitur respectivæ additiones tum sextæ Lectioni, tum Martyrologio inserendæ, ab Emo Cardinali Lucidi Maria Parocchi Episcopo Albanensi, Relatore, in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitiis ad Vaticanum subsignata die coadunatis, ut approbarentur, propositæ fuerint ; Emi ac Rmi Patres sacris tuendis Ritibus præpositi, audito R. P. D. Augustino Caprara S. Fidei Promotore, ita rescribere censuerunt : *Pro gratia et ad Emum Ponentem cum Promotore Fidei.* Die 10 Julii 1894.

Harum itaque additionum revisione per eumdem Emum ac Rmum Dnum Cardinalem una cum eodem Promotore S. Fidei rite peracta, atque a me infrascripto Cardinali Sacræ Rituum Congregationi Præfecto facta Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papæ XIII de hisce omnibus relatione, Sanctitas Sua, sententiam ejusdem Sacræ Congregationis ratam habens, ejusmodi additamenta, prouti huic præjacent decreto, tum Breviario tum

Martyrologio Romano inseri jussit. Die 23 iisdem mense et anno.

CAJ. CARD. ALOISI MASELLA, Præfectus.

Aloisius Tripepi, *Secretarius.*

IV.

Die 18 Julii.

IN FESTO SANCTI CAMILLI DE LELLIS, CONFESSORIS.

Additio ad calcem VI Lectionis.

Post verba : « Sanctorum fastis adscripsit » *addatur :*

Et Leo decimus tertius, ex sacrorum catholici orbis Antistitum voto ac Rituum Congregationis consulto, cœlestem omnium hospitalium et infirmorum ubique degentium Patronum declaravit, ipsiusque nomen in agonizantium Litaniis invocari præcepit.

Additio Martyrologio Romano inserenda.

(18 Julii) Quinto decimo kalendas augusti. . . . . .

Sancti Camilli de Lellis Confessoris, Clericorum Regularium infirmis ministrantium Institutoris, cujus natalis dies pridie Idus Julii recensetur : Quem Leo decimus tertius Pontifex Maximus hospitalium et infirmorum cœlestem Patronum renuntiavit.

Orbis.

Per Apostolicas Litteras in forma Brevis diei 22 Junii 1886 Sanctus Confessor Camillus de Lellis, inclitus christianæ caritatis heros, pluribus instantibus Patribus Cardinalibus et sacrorum Antistitibus, cœlestis hospitalium omnium et infirmorum ubique degentium Patronus una cum Sancto Joanne de Deo declaratus et constitutus est. Quo tamen novus honor accedat Parenti ac Fundatori suo, ejusque nomen et gloria magis propagetur ; Rmus P. Joannes Mattis, Præfectus Generalis Congregationis Clericorum Regularium Infirmis ministrantium, communia eorumdem vota depromens, Sanctissimum Dominum Leonem Papam XIII iteratis precibus exoravit, ut idem Sanctus Camillus ubique

terrarum suavissimo titulo Patroni omnium Hospitalium atque Infirmorum tum in divini Officii tum in Martyrologio recitatione die decime octava julii celebrari valeret. Quum igitur respectivæ additiones tum sextæ Lectioni, tum Martyrologio inserendæ, ab Emo Cardinali Lucido Maria Parocchi Episcopo Albanensi Relatore, in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitiis ad Vaticanum subsignata die coadunatis, ut approbarentur, propositæ fuerint; Emi ac Rmi Patres sacris tuendis Ritibus præpositi, audito R. P. D. Augustino Caprara S. Fidei Promotore, ita rescribere rati sunt: *Pro gratia et ad Emum Ponentem cum Promotore Fidei.* Die 10 Julii 1894.

Itaque earumdem additionum revisione per eumdem Emum ac Rmum Dominum Cardinalem una cum eodem Promotore S. Fidei rite peracta, atque a me infrascripto Cardinali S. Rituum Congregationi Præfecto SSmo Domino Nostro Leoni Papæ XIII facta de hisce omnibus relatione, Sanctitas Sua, sententiam ejusdem Sacræ Congregationis ratam habens, ejusmodi additamenta, prout huic præjacent Decreto, tum Breviario, tum Martyrologio Romano inseri jussit.

Die 23 iisdem mense et anno.

CAJ. CARD. ALOISI MASELLA, S. R. C. Præfectus.

Aloisius Tripepi, *Secretarius.*

S. PÉNITENCERIE APOSTOLIQUE.

ARRANGEMENTS AVEC LES ACQUÉREURS

DE BIENS ECCLÉSIASTIQUES EN ITALIE.

Nos lecteurs n'ont pas oublié toutes les décisions auxquelles ont donné lieu les spoliations dont l'Église a été victime en Italie, les facultés accordées aux Évêques pour l'absolution de ceux qui avaient coopéré à la spoliation en acquérant du gouvernement les biens ecclésiastiques, enfin, les dernières facultés qui autorisent les Évêques à conclure des arrangements avec eux pour recouvrer au moins en partie ce qui est dû à l'Église.

Monseigneur l'Évêque de Conversano, qui avait déjà beaucoup fait pour obtenir du Saint-Siège les éclaircissements nécessaires sur ces questions difficiles, vient de solliciter deux nouvelles décisions que nous devons mettre sous les yeux de nos lecteurs. La première a pour but de déterminer avec précision les biens auxquels s'applique la faculté qui autorise les Évêques à sanctionner l'arrangement dont nous parlons. En voici le texte.

Beatissime Pater,

Episcopus Conversanensis, ut cum securitate agere possit, a Sanctitate Vestra deprecatur solutionem sequentium dubiorum :

1° Vi ultimæ legis italicæ super Operibus Piis accidit quod vel Domanium vel Congregationes caritatis aliqua bona sub hasta publica vendenda exponant a prædictis Congregationibus administrata, ut summæ inde provenientes investiantur in Magno

Libro. Ex his bonis quædam ad Confraternitates et Ordines Religiosos, alia autem ad Loca Pia sive ecclesiastica sive laicalia pertinent. Hinc quæritur :

Num facultates *circa compositiones*, a S. Pœnitentiaria Episcopis *ad annum* concedi solitæ, etiam ad dicta bona, a Congregatione caritatis administrata, extendantur?

2° Utrum prædictæ facultates *circa compositiones*, sicuti ad eos spectant qui *tanquam patroni vindicarunt beneficia ecclesiastica et capellanias*, ita etiam attingant illos qui præfata bona acquisierunt vel acquirere volunt a patronis qui eadem vinculo solverunt absque indulto apostolico?

Sacra Pœnitentiaria, mature consideratis expositis, Ven. in Christo Patri Episcopo Conversan. respondet :

Quoad bona pertinentia ad Confraternitates, seu ad Ordines Religiosos, sive ad Loca Pia ecclesiastica, affirmative. Quoad vero bona alicujus Pii Operis mere laicalis, negative, nisi ratione onerum super ipsis impositorum aliquod jus Ecclesiæ competat.

Acquirentes autem, de quibus sub num. II quæritur, admittendos esse ad compositionem, sicut admittuntur ii qui a gubernio acquisierunt.

Datum Romæ in S. Pœnitentiaria die 9 Martii 1894.

N. Averardius, S. P. Reg.

R. Celli, *S. P. Secret.*

Voici maintenant la seconde décision ; elle interprète un passage des mêmes facultés que l'on trouvera cité dans la supplique. Il s'agit de la remise aux Religieux des sommes provenant d'arrangements conclus avec l'Évêque, quand les biens sur lesquels porte l'arrangement appartenaient à ceux-ci. Il résulte de cette décision que c'est aux Supérieurs religieux, et non à l'Évêque, à recourir au Saint-Siège, pour que cette remise de fonds puisse être faite.

Eminentissime Princeps,

In facultatibus *circa compositiones* quas infrascripto Episcopo Conversanen. benigne concessit hoc Sacrum Tribunal, reperitur clausula : « Si eædem *(summæ)* pertineant ad Religiosos, requiritur, ut eis tradi possint, venia Sacræ Pœnitentiariæ. »

Porro cum ipsius interventu conclusa fuerit compositio cum Generali... cum propositione libellarum..., et alia cum Provinciali... cum propositione libellarum..., Eminentiam Vestram Revmam deprecatur orator ut, quatenus nihil obstet in contrarium, habilitetur ad tradendas prædictis Superioribus monasticis summas jam penes se dispositas.

Sacra Pœnitentiaria ad præmissa respondet :

Superiores Generales Ordinum, de quibus in precibus, recurrant ad Sacram Congregationem Episcoporum et Regularium.

Datum Romæ in Sacra Pœnitentiaria die 7 Martii 1894.

N. Averardius, S. P. Reg.

A. C. Martini, *S. P. Secret.*

CONFÉRENCES ROMAINES.

Suite (1).

IX.

De intentione suscipientis sacramenta.

CASUS.

Titius alienigena, dum in publico hospitio diversatur, improviso morbo correptus, in proximo vitæ periculo constituitur. Advocatus parochus, dum in eo est, ut illi sensibus jam destituto absolutionem impertiatur, eum esse religione hebræum ab infirmi amico, qui inopinato adest, edocetur. Qui simul testatur, Titium nihilominus de religione christiana bene sentire ; imo et eumdem exclamantem non semel se audivisse : « baptismum libenter reciperem, si patris indignationem non metuerem. » His auditis, parochus illi baptismum confert.

Paulo post infirmus ad sensus redit et certior factus de baptismi collatione, eam ratam habet. Compositis deinde cum patre negotiis, coram parocho se catholicum proclamat. Verum parochus modo dubitat, an Titius sit rebaptizandus. Hinc a theologo quærit :

1° *An et quæ intentio requiratur in suscipiente ad valide sacramenta recipienda ?*

2° *An Titius fuerit valide baptizatus ?*

3° *Quid sibi modo agendum ?*

(1) Voir plus haut, pages 182, 360, 415 et seq.

RESPONSIO.

Quæstio prima.

An et quæ intentio requiratur in suscipiente ad valide sacramenta recipienda?

In homine adulto, i. e. qui ad usum rationis unquam pervenit, requiritur ad validam sacramentorum susceptionem intentio seu voluntas suscipiendi, secundum effatum S. Augustini : « Qui te fecit sine te, te non justificat sine te. » Pro solis illis, qui ad usum rationis nondum pervenerunt, in iis sacramentis, quorum capaces sunt, sufficit intentio Ecclesiæ.

Distinguitur quidem quoad suscipiendi voluntatem intentio actualis, virtualis, habitualis. Ex quibus, quatenus de recipiendo sacramento agitur, sufficit intentio *habitualis*, i. e. habita neque retractata. Si quando autem virtualis intentio necessaria est, id non est quatenus sacramentum *suscipitur*, sed quatenus simul administratur vel applicatur.

Difficultas tantùm est, si quæritur, utrum intentio illa habita nec retractata debuit esse *explicite* concepta, an sufficiat *implicita*. In hac re alia certa, dubia alia sunt.

R. 1. Quoad sacramenta Confirmationis, SS. Eucharistiæ per modum Viatici, extremæ Unctionis, est satis tuta et certa doctrina, sufficere intentionem implicitam (quam alii vocant interpretativam; S. Alph., lib. 6, n. 82), videlicet implicite contentam in voluntate manendi in vera Ecclesia et in ea, ut decet bonum catholicum, moriendi. In hac enim voluntate satis continetur omnino voluntas, casu occurrente habendi seu suscipiendi illa bona Ecclesiæ, quæ a Deo ei concredita sunt ut media securioris mortis et vitæ æternæ consequendæ. Idem valet de intentione recipiendæ absolutionis in articulo mortis, si modo de aliis actibus pœnitentis in hoc sacramento necessariis provisum fuerit.

R. 2. Certum est, quoad sacramenta Ordinis et Matrimonii non sufficere illam intentionem interpretativam, sed intentionem debere *expresse* concipi. Nam in aliis actibus communem vitam christianam agendi non continetur ullo modo voluntas suscipiendi ordines, neque (ut de aliis rationibus taceam) ineundi matrimonii. Sunt enim hæc sacramenta, quibus status vitæ eligitur : quæ electio, quum libere fieri debeat, expressam voluntatem potius hunc quam illum statum amplectendi requirit. S. Alph., l. c.

R. 3. Dubium versatur circa intentionem in suscipiendo baptismo necessariam. Gravissimi Doctores docent, requiri omnino expressam voluntatem, quum sit professio novi status et pactum quoddam cum Deo, quod nemo ineat, nisi expresse voluerit. — Alii putant, quum agatur de medio necessario salutis, eam intentionem sufficere, quæ habeatur in sincera voluntate implendi ea quæ sint ad salutem necessaria, adeoque in quavis vera contritione vel attritione de peccatis. — Quæ quidem opinio probabilis est, attamen manet dubia. Nam qui novit christianam fidem et baptismum, sane, si veram habet attritionem, et omnia ad salutem necessaria præstare vult : ejus voluntatis objectum sine dubio baptismum aliquando suscipiendum et objective et subjective, saltem implicite, continet, atque *etiam expresse*, quando cogitatio de baptismo recurrit. Qui vero baptismum non novit, ei baptismus re susceptus non est absolute necessarius, sed sufficit ad salutem perfecta contritio, quæ *objective* votum baptismi continet, non necessario *subjective*. S. Alph., l. c.

Quæstio secunda.

An Titius fuerit valide baptizatus?

In nostro casu res non ad id reducitur, utrum sufficiat implicita intentio baptismi contenta in attritione, an requira-

tur expressa. Nam in nostro Judæo, qui religionem christianam bene noverat, certe debuit adesse aliquando expressa voluntas baptismi. Sed quæritur, utrum in illo desiderio : « baptismum libenter reciperem, si patris indignationem non metuerem, » intentio satis contineatur.

Quod negandum puto. Verba illa exprimunt *velleitatem*, non *voluntatem*. Ad valorem autem baptismi non sufficit velleitas, sed requiritur recipiendi voluntas. Nihilominus propter hanc velleitatem manifestatam, pro probabili sumi licuit, Judæum illum habuisse saltem pro tempore periculi mortis veram voluntatem; imo de Deo divinaque gratia pie licuit sentire et sumere, illum Judæum, antequam sensibus destitueretur, uberiore gratia tactum, concepisse, si nondum antea, tamen nunc desiderium baptismi et voluntatem absolutam. Quapropter recte omnino egit Titius eum baptizando, imo sic agere debuit : quamquam mea opinione conditionate baptizandus erat : « si capax es. »

Quæstio tertia.

Quid sit modo agendum?

Respondeo, propter rationes in Quæs. 2ª datas, baptismum manere nihilominus aliquantum dubium, nisi homo ille non probabiliter tantum, sed certissime possit asserere, se *absolutam* voluntatem recipiendi baptismi habuisse. Neque sufficit subsequens ratihabitio, si absoluta voluntas non antecesserit. Interrogandus igitur est ipse homo baptizatus; quod si, facta interrogatione, res non extra omne dubium ponatur, baptismus sub conditione debet repeti.

X.

De materia et forma baptismi.

CASUS.

Moratur in pauperrimo quodam pago unus presbyter Titius, qui parochi officio fungitur. Ad hunc baptizandus affertur infans nuper natus et in gravi moriendi periculo constitutus. In aperiendo fonte baptismali animadvertit Titius, parvam aquæ copiam ibi reliquam esse, eamque, quamvis adhuc liquidam, ingratum tamen odorem exhalare. Rem considerans judicat, tutius esse in conferendo baptismo uti aqua naturali non benedicta, sed integra, quam benedicta, quæ tamen corrupta sit. Id omnino licere in gravi mortis periculo existimans, aquam puram non benedictam super caput infantis fundit.

Et quoniam idem Titius conscientia scrupulosa laborat et, quoties baptismum administrat, vehementer timet, ne intentione ad sacramentum conferendum necessaria careat, ideo dum fundit aquam hac utitur forma : « Ego volo tibi sacramentum baptismi a Christo instituti conferre in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. »

Quæritur :

1° *Quæ sit baptismi legitima materia et forma?*

2° *An valide Titius infantem baptizaverit?*

3° *Quid censendum de illius judicandi et agendi ratione?*

RESPONSIO.

QUÆSTIO PRIMA.

Quæ sit legitima baptismi materia et forma?

R. 1. Materia remota est aqua naturalis, ita tamen, ut in baptismo solemni sub gravi præcipiatur aqua consecrata.

Certa igitur materia aderit, quamdiu censeri debeat natu-

ralis aqua, etsi sit turbida vel minima aliqua parte alienæ materiæ permixta; dubia est materia, si ea est permixtio, ut secundum usum humanum non amplius aqua certo dici possit; certo invalida, si alius liquor sit prædominans.

R. 2. Materia proxima est ablutio membri principalis (practice capitis) ejus qui baptizandus est, sive ablutio fiat per immersionem, sive per infusionem, sive per aspersionem in ea aquæ copia, ut complures guttæ defluant. — Ut vero probabiliter sed dubie valeat baptismus, sufficit cujuscumque partis humani corporis ablutio. S. Alph., lib. 6, n. 107, q. III et IV. — Rituale Romanum *de baptizandis parvulis* hæc habet pro casu partus difficilis : « Si infans caput emiserit, et periculum mortis immineat, baptizetur in capite, nec postea, si vivus evaserit, erit iterum baptizandus. At si aliud membrum emiserit, quod vitalem indicet motum, in illo, si periculum impendeat, baptizetur; et tunc, si natus vixerit, erit sub conditione baptizandus. » — Si vero nulla pars corporis infantis prodierit, sed totus adhuc in utero exsistat, attende resp. S. C. C. 12 Julii 1794 : « Fœtus in utero supra verticem baptizatus post ortum denuo baptizetur. »

R. 3. Forma baptismi est : « Ego te baptizo in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti », ex qua vix non omnes voces essentiales sunt, nisi forte fieret mutatio in synonymas : quod tamen omnino illicitum est. Essentiale videlicet est, ut exprimatur 1) actio baptizandi, 2) persona baptizanda, 3) SS. Trinitas sub nominatione personarum distinctarum. Quælibet mutatio, quæ sensum formæ secundum humanum loquendi usum corrumpat, invalidum reddit baptismum.

R. 4. Materia et forma ita conjungi debent, ut una alteram afficiat, seu ut forma materiam re vera magis determinet. Quare, ne valor ullatenus dubius evadat, forma pronuntianda est, dum fit ablutio, seu ita ut ex parte simul

exsistat forma et ablutio, vel saltem ut nullum intercedat temporis intervallum : S. Alph., lib. 6, n. 9.

Quæstio secunda.

An valide Titius infantem baptizaverit?

R. Ex parte materiæ nihil obstat valori baptismî a Titio administrati. Verum ex parte formæ baptismus est saltem dubius, ne dicam certo invalidus. Abstraho nunc a quæstione, possitne pro voce « baptizare » sine *periculo* nullitatis adhiberi « conferre sacramentum baptismi, » quod videtur negandum : — certe gravius etiam læditur forma, quando loco verbi « baptizo » dicitur « *volo* baptizare », quod non ipsam actionem, sed potius intentionem agendi exprimit. Puto igitur, hoc modo reddi *posse* formam non dubiam tantum, sed satis certo invalidam ; *re ipsa* in nostro casu factam esse saltem omnino dubiam. Quominus formam plane certo invalidam dicam, hæ sunt rationes : 1) *conferre sacramentum baptismi* dicere pro *baptizare*, non est *certo*, at probabiliter essentialis mutatio; 2) volo *conferre* dicere pro *confero*, ex se quidem *propositum agendi* potius quam *præsentem actionem* designat, verum ex circumstantiis *hic* videtur innui, sensum intentum esse « volens tibi confero » — quæ nullatenus quidem probant, abesse essentiale vitium, sufficiunt tamen, ut dicatur baptismus non omnino certo nullus, sed dubius.

Quæstio tertia.

Quid censendum sit de Titii judicandi et agendi ratione?

Ad Quæs. 3^{m}. R. 1. Etsi Titius aqua consecrata turbida et ingratum odorem exhalante usus esset, sane valide baptizasset, siquidem mansit omnino aqua naturalis ; attamen quum esset materia *non decens* neque tempus esset novam

aquam consecrandi, Titius in casu necessitatis jure prætulit aquam non consecratam vel benedictam.

R. 2. Timor intentionis deficientis est omnino inanis. Quum enim vocatus accedit, quum sacras vestes induit, vasculum aquæ assumit, certissime habet *actualem* intentionem baptizandi, si minus reflexe, saltem directe et exercite. Ut deesset necessaria intentio, omnes istas actiones deberet Titius ex alia omnino intentione assumere v. g. exercitii causa, vel intentionem vere baptizandi formaliter excludere. Quamdiu id non fecerit, ne umbram quidem rationis habet, cur de intentione necessaria dubitet : intentio enim habenda quidem est, sed omnino non est necessarium eam verbis exprimere. Re ipsa Titius, ut inani scrupulo satisfaceret, formam sacramentalem corrupit ipsumque sacramenti valorem vitiavit.

XI.

De ministro baptismi.

CASUS.

Titius parochus, celebrata missa et absolutis horis canonicis, cum nullum habeat in parœcia graviter infirmum, cui opem ferre debeat, animi recreandi causa, domo egreditur ad venationem, quam in deliciis habet. Interim in Ecclesiam infans affertur ad baptizandum. Absente parocho Caius senex ædituus, cum nullus alius esset sacerdos, vocat illius nepotem, qui theologiæ operam dabat et diaconatus ordine insignitus erat. Hic ratus rem gratam se facturum suo patruo, ex præsumpta ejus licentia ad Ecclesiam se confert et conspecto infante : « O bellum pupulum, ait, hunc ego baptizabo. » Sine mora solemni ritu et omnibus cæremoniis juxta Ritualis præscriptum servatis baptizat, quin tamen intentionem eliciat, dicens : « Baptizo te in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti et B. V. Mariæ. »

Cum ædituus, qui adstabat, animadvertisset illum non iisdem

prorsus verbis, quibus parochus utebatur, baptismum contulisse, eumdem parochum vix domum reversum de tota re admonet. Qui, audita ratione, qua nepos formam mutaverat, puerum denuo sub conditione baptizat.

Quæritur :

1° *Quinam sit legitimus baptismi minister?*

2° *An diaconus licite baptizaverit?*

3° *An valide?*

4° *Utrum parochus baptismum sub conditione recte iteraverit?*

RESPONSIO.

Quæstio prima.

Quinam sit legitimus baptismi minister?

R. 1. Extra casum necessitatis *licite* baptizare potest solus parochus domicilii, nisi forte mater extra patriam pariat procul a proprio domicilio.

R. 2. Alii sacerdotes baptizare possunt ex licentia parochi sive expresse data, sive rationabiliter præsumpta. S. Alph., lib. 6, n. 115.

R. 3. Diaconus etiam solemniter baptizare potest; attamen necessaria est 1) commissio sacerdotis, 2) aliqua necessitas hoc officium alii quam sacerdoti committendi.

R. 4. *Valide* quivis homo, si modo rectam intentionem habet, baptizare potest. Quare in casu necessitatis, ne quis sine baptismo decedat, etiam cuilibet baptizare licet, vel obligatio etiam incumbit. Attamen servanda est regula Ritualis : « Sed si adsit sacerdos, diacono præferatur, diaconus subdiacono, clericus laico, et vir feminæ, nisi pudoris gratia deceat feminam potius, quam virum baptizare infantem non omnino editum, vel nisi melius femina sciret formam et modum baptizandi » : cujus ordinis læsio gravis non erit, nisi sine necessitate homini catholico præferatur non-

catholicus, sacerdoti non-sacerdos, parocho sine ejus consensu alienus. *Theol. Mor.*, II, n. 67.

Quæstio secunda.

An diaconus licite baptizaverit?

R. 1. Ut diacono solemniter baptizare liceat, requiritur, ut dictum est, aliqua necessitas et insuper commissio legitimi sacerdotis ; ut privatim sine cæremoniis baptizare liceat, periculum infantis. Verum neque unum, neque alterum adfuit. Absentia parochi per horas non constituit talem necessitatem ; et si ex circumstantiis personarum et temporis eam pro aliquali necessitate aliquando habere possis, tamen deerat *commissio* sacerdotis : quæ nequit præsumi, sed data esse debet. Diaconus noster egit igitur contra grave præceptum Ecclesiæ.

R. 2. Aliud fuisset, si loco diaconi præsto fuisset alius sacerdos ; ille enim in propositis circumstantiis, quum parochus per diem abesset, ejus licentiam jure præsumere, infantemque baptizare potuisset.

Quæstio tertia.

An diaconus in casu valide baptizaverit?

De valore baptismi a diacono collati dubitandi ratio sumitur 1) ex intentionis defectu, 2) ex forma vitiata.

De sufficiente intentione nullum potest rationabile dubium excitari. Vocatus accedit ad ecclesiam, existimat se rem patruo suo gratam facturum, conspiciens infantulum magis gaudet de occasione conferendi baptismum et exclamat : « Hunc ego baptizabo. » Vix possibile est, expressius habere intentionem baptizandi. Quod nunc in ipso ritu perficiendo non denuo elicuerit intentionem, nihil facit ; mansit intentio

prior saltem virtualiter, quod omnino sufficit (cf. *Theol. Mor.*, II, n. 24, et S. Alph., lib. 6, n. 18), imo actualiter, etsi non reflexe. Sciens et volens totum ritum perfecit, sciens et volens baptizavit; sed intentio baptizandi quid est aliud nisi baptizandi voluntas?

De forma paullo facilius aliquod dubium potest oriri. Si enim illud « et B. V. Mariæ » voluit ex paritate SS. Trinitati adjungere, certe sensum formæ omnino corrupit, baptismumque reddidit invalidum. Sed id de diacono præsumere non licet, nisi fuerit vere hæreticus. Quare restat, ut hæc verba ex importuna devotione adjunxerit, volens puerulum protectioni B. M. Virginis speciali commendare. Objective quidem hoc modo graviter peccavit, in sanctissima re proprio marte mutationem faciens eamque adeo importunam; neque tamen hæc additio, mente non mala facta, valorem infecit. Cf. S. Thom. Aq., *Summa Th.*, III, q. 60, a. 8; S. Alph., lib. 6, n. 111.

QUÆSTIO QUARTA.

Utrum parochus baptismum sub conditione recte iteraverit?

Ex iis, quæ hucusque dicta sunt, patet, Titium non recte egisse, puerum illico sub conditione rebaptizando. Debuit saltem nepotem suum de additione illa examinare, neque ad repetendum baptismum procedere, nisi suspicio saltem concipi potuerit, nepotem prava mente illa verba « et B. V. Mariæ » addidisse : quod per se non est credibile.

AUG. LEHMKUHL, S. J.

BIBLIOGRAPHIE.

I.

JOANNIS DUNS SCOT, DOCTORIS SUBTILIS, ORDINIS MINORUM, OPERA OMNIA. Editio nova, juxta editionem Waddingi XII tomos continentem a Patribus Franciscanis de Observantia accurate recognita. — Tom. XIV, XV, XVI, XVII, XVIII, XIX; 785, 1104, 712, 779, 830, 570 pages. — Paris, Vivès, éditeur, 10, rue Delambre. — Librairie H. & L. Casterman, rue Bonaparte, 66, Paris; Tournai (Belgique).

Voici la seconde fois que, dans le cours de cette année, nous avons à parler de cette importante publication; nous avions déjà annoncé cinq volumes de l'ouvrage dans notre premier numéro. C'est dire qu'il avance rapidement, et le petit retard qui nous avait fait remettre à notre numéro de janvier le compte-rendu des volumes publiés en 1893 a été bien réparé.

Nous avons six volumes à faire connaître aujourd'hui. Tous continuent le *Commentaire sur le Livre des sentences*, qui va se trouver bientôt achevé : le tome XIX s'arrête à la Distinction XLII du Livre IV. C'est l'ouvrage important de Scot, celui que, préférablement à tous les autres, étudient philosophes et théologiens : « in hanc universim incumbunt, sive qui Philosophiæ præcepta tradunt, sive qui Theologiæ mysteria perscrutantur. »

Nos lecteurs savent que M. Vivès reproduit l'édition de Wading, la meilleure de toutes; ils trouveront donc,

dans ces volumes, comme dans l'édition de Wading : 1° Le texte intégral du Maître des Sentences, auquel Scot renvoie très souvent; des lettres majuscules insérées dans le texte font connaître comment Scot l'a divisé dans ses *Questions;* 2° Les *Questions* de Scot, précédées de l'indication des principaux auteurs qui ont traité le même sujet, et séparées comme en plusieurs articles par des résumés ou *Scholies* qui donnent une brève analyse des matières traitées; 3° Enfin, des commentaires de Scot, réunis par Wading et émanant soit du P. Pontius soit d'auteurs autorisés. Des notes marginales renvoient aux autres ouvrages de Scot, qui traitent les mêmes sujets ou guident le lecteur qui cherche à saisir l'enchaînement des arguments et des pensées.

Cette édition sera donc bien précieuse et rendra de vrais services à tous ceux qui étudient. Grâces à Dieu, nous avons maintenant en librairie les Commentaires sur les Sentences de saint Thomas, de saint Bonaventure, d'Albert-le-Grand, de Scot; il est permis de les comparer, de recourir aux différents passages où ils traitent la même question, de voir en quoi ils sont d'accord, en quoi ils diffèrent. Mine précieuse pour les théologiens et les philosophes; trésor incomparable, qu'ils apprécieront comme il convient. Nous désirons vivement que le succès de l'ouvrage vienne encourager l'éditeur, et l'excite à ne pas s'arrêter en si bon chemin et à continuer la publication de ses belles éditions.

II.

I. PSYCHOLOGIA RATIONALIS, sive Philosophia de anima humana, in usum scholarum, auctore BERNARDO BOEDDER, S. J. — Cum approbatione Revmi Archiepiscopi Friburgensis. 1894. — 1 vol. in-8°; XVIII et 344 pag. — Prix : broché, 4 fr.; relié, 5,25.

II. PRÆLECTIONES DOGMATICÆ quas in Collegio Ditton-Hall habebat CHRISTIANUS PESCH, S. J. — Tomus I. INSTITUTIONIS PROPENDEUTICÆ AD SACRAM THEOLOGIAM. I. De Christo legato divino; II. De Ecclesia Christi; III. De locis theologicis. — Cum approbatione Revmi Archiepiscopi Friburgensis et Superiorum Ordinis. — 1 vol in-8°; XIV-404 pages. — Prix : broché, 6,75; relié, 8,75.

Friburgiæ Brisgoviæ. 1894. Sumptibus Herder, typographi editoris pontificii. — H. & L. Casterman, rue Bonaparte, 66, Paris; Tournai (Belgique).

La psychologie du R. P. Boedder fait partie du Cours de Philosophie dont nous avons annoncé quatre volumes : la *Philosophie morale* du R. P. Cathrein (t. XXV, page 528); la *Logique*, du R. P. Frick (*ibid.*, p. 657); l'*Ontologie*, du même auteur, et la *Philosophie naturelle*, du R. P. Haan (plus haut, page 213). Un volume encore, et ce Cours de Philosophie, entrepris par les Pères de la Compagnie de Jésus, autrefois professeurs à Notre-Dame du Lac, sera complet.

Le R. P. Boedder divise son ouvrage en deux parties. Il veut considérer en premier lieu « operationes sive actus, quibus homo qua homo vivus se manifestat, videndumque, quæ principia proxima agendi sive facultates ad eos actus explicandos homini tribuendæ sint. » En conséquence, il donne pour titre à sa première partie : *De actibus et facultatibus animæ humanæ*, et la partage en cinq chapitres. Après avoir exposé en un premier chapitre la doctrine fondamentale de la distinction des facultés de l'âme et rappelé les principes cosmologiques nécessaires *de corpore vivo et animali*, il traite successivement *de sensu hominis*, *de intellectu humano*, *de facultatibus appetitivis homini*

propriis; puis vient un dernier chapitre : *de potentiis animæ generice spectatis.*

« Actus autem et facultates vitales hominis, licet non omnes soli animæ insint ut subjecto, tamen quia omnes animam habent principium, sub hoc respectu recte dicuntur *actus et facultates animæ humanæ....* De his primum agendum; dein ex iis ratiocinando naturam animæ humanæ indagare debemus. » La seconde partie de l'ouvrage a donc pour titre : *De natura humana.* Elle ne comporte que deux chapitres : « Primum ea considerabimus, quæ animæ hominis propria sunt, quatenus hæc secundum se consideratur ut fons vitæ specifice humanæ, scil. actum intellectus et voluntatis. Dein ea perpendemus, quæ ad naturam humanam pertinent, quatenus hæc secundum animam et corpus ex naturali illius ad hoc habitudine nobis cognoscibilis est. » Ainsi entendus, les deux chapitres de la deuxième partie ont pour titres : *De anima ut principio primo vitæ rationalis; De natura humana ex anima rationali et corpore constituta.*

Trois tables complètent l'ouvrage : table synoptique, table des thèses soutenues, table alphabétique des matières.

On trouvera du reste, dans cette Psychologie, les qualités que nous avons signalées dans les quatres premiers volumes : sûreté de doctrine, clarté d'exposition, force de l'argumentation. Nous sommes persuadé que l'ouvrage est appelé à rendre les plus grands services.

II. Des presses de M. Herder sort, en même temps que l'ouvrage précédent, le premier volume d'une théologie dogmatique. L'auteur nous annonce qu'il sera suivi de sept autres, dont il donne d'ailleurs les titres; l'auteur a été professeur et ses élèves ont son cours autographié depuis neuf ans. Cet ouvrage est destiné à ceux qui, ayant terminé leurs trois ans de philosophie scolastique, ont à se livrer

pendant quatre ans à l'étude de la théologie; seulement, pour être parcouru en quatre ans, il faut supposer deux leçons de dogmatique par jour.

Après deux chapitres préliminaires sur la notion et la division, puis sur l'histoire de la théologie, l'auteur partage son cours d'introduction à la théologie en trois parties. La première partie : *De Christo Legato divino*, est elle-même divisée en trois sections, dans lesquelles il étudie successivement les évangiles et prouve leur crédibilité; puis, le témoignage que Jésus-Christ a porté sur sa mission divine, enfin, les preuves par lesquelles Notre-Seigneur a corroboré ce témoignage : miracles, prophéties, même messianiques, merveilleuse propagation de la doctrine chrétienne, critères internes.

Vient ensuite la seconde partie de l'Introduction : *De Ecclesia Christi;* institution de l'Église, sa nature, ses propriétés, ses notes, le sujet et l'objet de son magistère y sont traités tour à tour.

Enfin la troisième partie s'occupe en deux sections : *de locis theologicis;* l'auteur traite d'abord de la tradition en général, de l'autorité des Pères et des théologiens; puis de la Sainte Écriture, de l'existence et de la nature de l'inspiration divine, de son extension, du critère sur lequel elle repose.

Ce ne sont là que les grandes divisions de l'ouvrage; à elles seules, elles montrent surabondamment combien ce cours d'introduction à l'étude de la théologie dogmatique est complet, et quel secours peuvent y puiser les professeurs, les élèves de grand séminaire et tous ceux qui aiment les études théologiques. Nous nous empresserons d'annoncer les volumes suivants dès qu'ils paraîtront, et nous souhaitons à cet ouvrage le succès qu'il mérite.

III.

I. NEUVAINE EFFICACE AU SACRÉ-CŒUR DE JÉSUS, pour en obtenir une grâce spéciale. — Franz Hattler, S. J. — Traduction de l'allemand revue par Joseph Cooreman, S. J. — Deuxième édition. 1894. — 1 vol. in-32; 91 pages.

II. TABLE DE LA BIBLE partagée pour être lue en entier chaque année, en concordance avec les leçons du Bréviaire. — Prix : par unité, 0,20 cent.; par 25 exemplaires, 0,15; par 100 exempl., 0,10 (l'affranchissement en plus).

A. Siffer, éditeur, à Gand. — H. & L. Casterman, rue Bonaparte, 66, Paris; Tournai (Belgique).

I. Entre toutes les pratiques en usage parmi les fidèles qui veulent intéresser à leurs nécessités spirituelles et temporelles le divin Cœur de Jésus, il en est une dont on constate l'efficacité particulière : c'est la neuvaine. Après une introduction dans laquelle on expose avec quel esprit de foi et de confiance, de résignation à la volonté divine et de pénitence il faut s'adresser à Jésus, le petit opuscule ci-dessus fournit une direction pour bien faire la neuvaine; il renferme les considérations et les prières nécessaires pour les neuf jours et pour un triduum d'actions de grâces.

II. Le Souverain Pontife, dans sa belle Encyclique sur la sainte Écriture, exprime un vif désir de voir ceux surtout qui ont été appelés par la grâce de Dieu à recevoir les ordres sacrés « apporter de jour en jour plus de zèle à lire, à méditer et à expliquer les Écritures. » Un zélé religieux a eu la pensée de faire imprimer, sous forme de tableau, une indication des lectures à faire chaque jour dans la Bible, de manière qu'elle soit lue en entier dans le cours d'une année. Il a eu le soin de faire concorder les indications de cette table

avec les lectures de l'Écriture occurrente du Bréviaire; et de distribuer les chapitres de telle sorte que les livres dont le Bréviaire contient des extraits soient lus en entier aux époques auxquelles la liturgie les assigne. On comprend tout de suite l'utilité de cette table; la modicité du prix devra encore faciliter sa diffusion.

IV.

PETIT CATÉCHISME HISTORIQUE à l'usage de la jeunesse, par F.-B. Guéret, Prêtre du diocèse de Moulins. — Montluçon, chez l'auteur et les principaux libraires; 1894. — 1 vol. illustré in-32; 205 pages. — Prix, broché : 0,40 cent.; franco : 0,55 cent.

H. & L. Casterman, éditeurs pontificaux, Paris, 66, rue Bonaparte, Tournai (Belgique).

Cet ouvrage, illustré, renferme en face de chaque chapitre de la doctrine, un récit de l'histoire sainte. On y trouve en outre toutes les prières d'un paroissien et de nombreux cantiques. Il a été approuvé par plusieurs Évêques, notamment par NN. SS. l'Archevêque d'Aix et par l'Évêque de Coutances.

V.

I. LE PLAIN-CHANT, histoire et théorie, par le P. Soullier, S. J. 1894. — 1 vol. in-8°; 328 pages.

II. ENCHIRIDION ORDINANDORUM, seu liber in quo continentur : 1° Ritus integer Pontificalis Romani de Confirmandis, de Ordinibus conferendis, de Consecratione electi in Episcopum; 2° Missa integra a Neo-Sacerdotibus celebranda; 3° Diversæ preces Clericis et Sacerdotibus valde utiles. — 1 vol. in-18; 190 pages. — Prix : broché, 1,25.

Société de S. Jean l'Évangéliste, Desclée, Lefebvre et Cie, Tournai (Belgique). — H. & L. Casterman, éditeurs pontificaux, Paris, 66, rue Bonaparte; Tournai (Belgique).

I. Il est impossible de chanter avec goût, si l'on ne possède quelques connaissances d'histoire ou de théorie qui puissent mettre sur la voie d'une bonne exécution du plain-chant. Faute de ces données, on habille le plain-chant à la moderne, et il déplaît. Le R. P. Soullier essaie de donner ces notions nécessaires sur le chant grégorien; il écarte les discussions et veut surtout faire une œuvre de vulgarisation scientifique. Il s'adresse non seulement à tous ceux qui, par profession, cultivent le chant d'église, mais encore à tous ceux qui, connaissant déjà la musique moderne, sont capables de lire et de goûter une mélodie.

II. Nous avons déjà loué l'*Enchiridion ordinandorum* (V. tom. XXII, pag. 197); nous sommes heureux d'annoncer une nouvelle édition et de pouvoir ajouter encore aux éloges décernés à l'édition précédente.

Il est impossible de ne pas y remarquer les notes, rédigées avec un très grand soin, qui viennent interpréter les passages obscurs des Rubriques concernant les ordinations, et qui contiennent toutes les décisions des Congrégations romaines sur cette difficile matière. A signaler aussi deux tables très bien faites, insérées après les rites *De consecratione electi in Episcopum*, qui peuvent rendre un vrai service aux prêtres sacristains, aux maîtres des cérémonies, et en général à tous ceux qui ont à s'occuper des détails d'une ordination. La première de ces tables fait connaître quand, *intra* et *extra missam*, doivent se conférer la tonsure et chacun des Ordres mineurs et majeurs; la seconde énumère ce qu'il faut préparer pour chaque ordination, ce que l'ordinand doit avoir, la manière dont il doit se

présenter à l'Évêque, les paroles qu'il doit prononcer. L'*Enchiridion ordinandorum* sera donc de plus en plus utile, et nous recommandons avec plaisir cette nouvelle édition.

VI.

LE SERVITEUR DE DIEU BARTHÉLEMY HOLZHAUSER, mort en odeur de sainteté au XVII^e^ siècle, sa vie et ses œuvres, par OMER COPPIN, curé de Velaine-sur-Sambre. — 1 vol. in-12; 292 pages. — H. & L. Casterman, éditeurs pontificaux, Tournai (Belgique); Paris, 66, rue Bonaparte.

Il y a trente ans, Monseigneur Dupanloup écrivait à l'auteur français d'une vie d'Holzhauser : « Je suis heureux de vous dire que je crois votre livre appelé à faire beaucoup de bien. Il est écrit comme j'aime qu'on écrive la vie des saints, avec piété et amour. On voit que vous avez étudié profondément Holzhauser, que vous aimez et vénérez ce saint prêtre, que vous avez goûté ses vertus, senti le charme et la sainteté de son caractère, enfin que vous avez compris, et avec bonheur, toute l'importance de sa mission, toute la grandeur de son œuvre. »

L'ouvrage qui a mérité ces éloges est épuisé; mais voici une nouvelle vie d'Holzhauser qui continuera le bien commencé par la première. Elle s'adresse aux personnes du monde autant qu'aux prêtres; car l'auteur montre dans Holzhauser le modèle parfait de la perfection chrétienne et sacerdotale. Avant de le dépeindre comme prêtre vertueux et saint, il montre l'enfant, le jeune homme, le chrétien parfait...

On trouvera dans cette vie ce que l'on aime surtout dans la vie d'un saint : les détails, les faits, racontés par ceux qui l'ont connu, par ses amis, ses disciples; surtout on entendra le saint lui-même, ses paroles, ses conseils, ses exhortations.

L'auteur a consacré un chapitre entier à l'œuvre capitale d'Holzhauser, c'est-à-dire à l'Institut de prêtres séculiers qu'il fonda en Allemagne. Et comme cette œuvre sacerdotale a été, dans ces derniers temps, comme ressuscitée en France et en Belgique, un appendice en raconte l'origine, les développements et en fait connaître le caractère actuel.

Ce livre sera lu avec intérêt et profit; nous formons des vœux pour qu'il se répande parmi le clergé et parmi les fidèles.

VII.

I. LA PAROLE DE L'ÉVANGILE AU COLLÈGE. Instructions morales aux jeunes gens sur le saint Évangile par M. l'abbé Joseph Tissier, Directeur de l'Institution Notre-Dame de Chartres, chanoine honoraire. — 1 vol. in-12; 314 pages.

II. LA DOULEUR ET LA MORT. Entretiens et discours, par le P. Jean Vaudon, Missionnaire du Sacré-Cœur. — 1 vol. in-12; 347 pages. — Prix : 3,50.

III. LE PROBLÈME DU MAL, par P, J. de Bonniot, de la Compagnie de Jésus. — Deuxième édition. — 1 vol. in-18 jésus; 386 pages. — Prix : 3 francs.

Paris, Victor Retaux & Fils, 82, rue Bonaparte. — H. & L. Casterman, éditeurs pontificaux, Tournai (Belgique); Paris, 66, rue Bonaparte.

I. Monsieur le Chanoine Tissier, Directeur de l'Institution de Notre-Dame de Chartres, a eu l'heureuse pensée de publier la série d'instructions morales sur le saint évangile qu'il a prêchées à ses élèves; il généralise ainsi son apostolat et fait profiter d'autres enfants des salutaires leçons qu'il sait si bien tirer de la parole de Dieu. Monseigneur l'Évêque de Chartres écrit à l'auteur : « L'évangile est la

source où vous avez puisé tous ces discours : quelle variété et quelle richesse dans les sujets! Et quelle adaptation merveilleuse vous en faites aux besoins divers des jeunes âmes!... Et à l'excellence du fond, des idées, de la doctrine, ces divines vérités de l'évangile, s'ajoute le mérite de la forme du style, du langage.... Votre parole est une flamme vive et généreuse. » L'auteur doit être heureux de ce témoignage autorisé, et on ne peut que bien augurer du succès de son ouvrage.

II. Le R. P. Vaudon est déjà connu de nos lecteurs : nous avons eu l'occasion de louer l'élévation de pensées et de sentiments, le cœur avec lequel il sait parler aux jeunes gens (voir tome XXV, page 656); cette fois il s'adresse à ceux qui pleurent. On retrouve dans cette série de conférences les qualités qui distinguent les œuvres précédentes de l'auteur : « cette imagination qui ne s'égare jamais, parce qu'elle est guidée par la raison et le goût; ce don d'écrire qu'une longue et savante culture a affiné; et surtout la foi du prêtre et la sûre doctrine du théologien. » Le nouvel ouvrage du R. P. Vaudon justifie cette appréciation d'un juge compétent.

III. *Le problème du mal* est à sa deuxième édition, et sans doute ce ne sera pas la dernière. L'auteur, dans sa Préface, parle de ceux qui ont su reconnaître la main paternelle de Dieu au travers de leurs épreuves et de toutes les misères de ce monde. « C'est ainsi, dit-il, qu'ils ont su résoudre le problème du mal. Leur solution est la bonne : le but du présent ouvrage est de mettre en évidence cette consolante vérité. » Il suffit d'ouvrir le livre pour voir que le R. P. de Bonniot ne craint pas d'envisager le problème du mal dans toute son étendue; il connaît et réfute les objections de l'impiété, il explique la notion du mal, il l'étudie successivement sous toutes ses formes, mal de l'animal sans raison, mal physique et douleur chez l'homme, mal moral, enfer; et la conclusion

de l'ouvrage entier est bien celle qu'annonce la Préface : « Ce que nous appelons le mal n'est plus seulement une suite fâcheuse et inévitable de la nature créée; c'est l'objet d'une disposition de la providence paternelle de Dieu pour le bien de sa créature préférée. » Recommandons donc sans crainte le livre du R. P. de Bonniot à tous ceux, et ils sont nombreux, qui ont besoin de comprendre et de se remettre souvent sous les yeux cette grande et salutaire pensée.

VIII.

L'ORIENT ET ROME. Etude sur l'union, par le R. P. Michel, des Pères Blancs, ancien directeur du séminaire grec-uni de Sainte-Anne de Jérusalem. — 1 vol. in-12; xxii-344 pages. — Paris, Vic & Amat, libraires-éditeurs, 11, rue Cassette. — H. & L. Casterman, éditeurs pontificaux, Tournai (Belgique); Paris, 66, rue Bonaparte.

Le R. P. Michel avait déjà publié une brochure intitulée : *La question religieuse en Orient et l'union des Églises;* l'ouvrage actuel en est le développement. Toutes les questions qui concernent l'union des deux églises y sont traitées : avantages religieux et politiques de l'union; préjugés liturgiques et disciplinaires qui s'y opposent; phases diverses de la controverse théologique; points sur lesquels elle se concentre; principes de solution, etc. L'auteur parle ensuite des moyens d'arriver à l'union : il montre que la question dogmatique n'existe pour ainsi dire pas, et qu'il faut s'attacher à le bien faire comprendre aux orientaux. Il est surtout nécessaire de dissiper les préjugés qui enveloppent la question liturgique et disciplinaire, et de leur répéter sur tous les tons que Rome n'a pas le moins du monde l'intention de les *latiniser* et de leur enlever leur liturgie et leurs rites.

Surtout, il faut bien se rappeler que les orientaux unis sont de tous les plus propres à ramener leurs frères égarés ; aussi l'auteur insiste-t-il sur les vœux formulés au Congrès eucharistique de Jérusalem, et sur la nécessité d'avoir des séminaires où soit formé un clergé oriental.

Ces quelques mots suffisent pour donner au lecteur une idée des pensées développées dans l'ouvrage du R. P. Michel ; mais il faut lire le livre lui-même. La question est importante et bien digne d'exciter le zèle et la générosité des catholiques. Ceux qui l'étudieront dans cet ouvrage la posséderont bien et seront convaincus de la nécessité de travailler à l'union des églises orientales et à l'efficacité des moyens proposés.

IX.

NOUVELLE REVUE THÉOLOGIQUE. — TABLE GÉNÉRALE DE LA PREMIÈRE ET DE LA DEUXIÈME SÉRIE (ANNÉES 1869-1892). — 1 vol. in-8°. — Librairie H. & L. Casterman, Tournai (Belgique) ; Paris, 66, rue Bonaparte.

La *Nouvelle Revue Théologique* est arrivée à sa vingt-sixième année d'existence ; elle compte deux séries complètes, de douze années chacune, dont la première, terminée en 1880, est enrichie d'une Table générale, publiée en 1882.

La seconde série devait, elle aussi, avoir sa Table générale. Rien n'est plus utile que ces Tables pour l'abonné qui veut retrouver un article, une décision, un cas de conscience ; combien de volumes devrait-il ouvrir, s'il n'avait une Table générale pour lui indiquer immédiatement le volume et la page du volume où il doit aller chercher ? Et même, s'il lui arrivait parfois d'être assez heureux pour trouver sur-le-champ un passage qui traite la question dont il a besoin, ne

court-il point risque de se tromper et de n'avoir pas la dernière décision sur la matière, décision qui est contenue dans un volume subséquent et qui modifie quelque peu l'enseignement précédemment donné?

Nous avons donc cru de notre devoir de préparer cette nouvelle Table. Mais nous avons jugé en même temps qu'il serait bien plus utile pour nos abonnés d'avoir, non pas les Tables séparées de la première et de la deuxième série, mais un seul volume, comprenant les deux Tables fondues ensemble. Il est bien plus facile de n'avoir qu'un seul volume à consulter, de ne pas passer d'un volume à un autre, de n'être point obligé de comparer les deux pour trouver tout ce que la *Revue* contient sur une question.

Cette Table générale est maintenant sous presse : elle formera un bon volume in-8°, dans le format de la *Revue*, dont elle est le complément nécessaire. Le prix en sera ultérieurement déterminé, quand l'impression sera assez avancée pour qu'on puisse être fixé sur le nombre des pages. Mais nous avons cru bon de l'annoncer dès maintenant, pour répondre aux légitimes désirs d'un grand nombre de lecteurs, qui nous ont demandé bien des fois si nous songions à leur procurer cette Table.

Quant à la forme suivant laquelle elle est conçue, nous avons suivi exactement celle de la Table de la première série; nous avons ajouté les mots et les renvois nécessaires, nous n'avons rien changé à l'ordonnancement général.

Nous avons seulement deux changements.

1° Nous ne nous sommes pas contenté d'imprimer en haut des pages les trois premières lettres du dernier mot inséré dans la page; l'expérience nous a appris que cette manière de procéder force parfois à feuilleter bien des pages avant de trouver le mot cherché. Nous avons fait imprimer en entier le dernier mot de chaque page, de manière à éviter

autant que possible toute perte de temps dans les recherches.

2° Il est des mots sous lesquels il nous a fallu inscrire un grand nombre de questions. Nous avons mis le plus grand soin à ranger ces questions dans un ordre très clair; nous aurions voulu que l'abonné trouvât la doctrine de la *Revue* exposée dans un ordre méthodique, de telle sorte qu'il n'y ait qu'à le suivre pour faire une vraie dissertation sur la matière. Des sous-titres ou des subdivisions nous ont souvent aidé à mettre plus de clarté encore dans la Table.

Ces détails suffisent pour faire voir à nos lecteurs le soin que nous avons apporté à la confection de la nouvelle Table; en cela nous avons recherché leur intérêt, et nous avons été heureux de le faire. Qu'il nous soit permis, à cette occasion, de les remercier du bon accueil que, depuis vingt-six ans, ils font à la *Nouvelle Revue Théologique*, et d'exprimer l'espoir qu'ils voudront bien lui continuer leur confiance, comme nous chercherons, de notre côté, à la rendre de plus en plus utile et pratique.

Les gérants : H. & L. CASTERMAN.

Tournai, typ. Casterman.

BREF
DE SA SAINTETÉ AUX ÉVÊQUES DU BRÉSIL.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ XIII

EPISTOLA

AD ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS BRASILIÆ.

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Litteras a vobis superiore anno accepimus, communis lætitiæ gratique animi nuncias de hierarchia apud vos paulo ante amplificata, altera videlicet ecclesiastica instituta provincia, sedibusque episcopalibus quatuor adjectis. — De nova hac Apostolicæ in gentem vestram sollicitudinis significatione sane fuit lætandum. In pluribus enimvero causis quibus res catholica aliquantum apud vos inclinari videbatur, recensendus etiam impar amplitudini regionis ac frequentiæ incolarum Anstititum sacrorum numerus. Nam inde fiebat ut Episcopi non illa, qua exoptarent, vigilantia in clerum gregemque creditum uti possent, tum ad incommoda propulsanda, tum ad virtutem dignitatemque catholici nominis provehendam. Quapropter pastoralem navitatem vestram probavistis, quum, Paulopolim congressi, episcopalis hierarchiæ amplificationem a Pontifice Romano postulastis ;

quibus Nos postulationibus libenter duximus obsecundandum. — At enim, Venerabiles Fratres, dum ex Episcopis, numero quam antea pluribus, rei christianæ spes nitet uberis incrementi, id tamen ex vestro potissimum cujusque studio expectandum est, ut gliscentibus undique malis opportuna adhibeantur remedia. Hanc ipsam in partem ne providentia caritatis Nostræ desideretur, aperiendum censuimus quæ curis vestris præcipue commendata velimus, ad fidei pietatisque christianæ profectum magnopere, ut speramus, utilia.

Elaborandum in primis ut homines sacri ordinis disciplinis optimis instituantur, iis præsertim quibus maxime est opus, ut catholicam veritatem et apte pro officio proponere et strenue ab oppugnationibus possint tutari. Nimis quotidie experiendo patet fidei ac religionis ignoratione ibi fere populos premi, ubi administri sacrorum consentanea vacent doctrina. Os etenim sacerdotis est unde legem requirere fideles oporteat : *Angelus enim Domini est ;* ob eamque causam edictum legimus : *Labia sacerdotis custodient scientiam* (1) ; Apostolus vero ceteris cum rationibus quibus se exhibuit *sicut Dei ministrum* (2), scientiam quoque commemorat. Quæ quidem scientia quum abest, id etiam consequitur ipsis sacerdotibus perniciosum, ut nimirum Deo neglecti officii pœnam repetente, contemnantur a plebe : *Propterea dedi vos contemptibiles et humiles omnibus populis* (3). — Hoc tamen doctrinæ ornamentum idem et præsidium nequaquam ad propositum vere conducet, si a vitæ sit morumque sanctimonia sejunctum. Præterquam et enim quod scientia sine caritate *non ædificat, sed inflat* (4), illud fere est hominum ingenium ut, quamvis Christus edixerit doctrinam quidem ab sacrorum ministris accipiendam, opera vero eorum non attendenda, si a doctrina dissenserint, proclivius tamen in ea ferantur quæ usurpent oculis quam quæ per aures demittantur. Propterea eaque de ipso Servatore Deo, qui pastorum sui gregis non

(1) Malach., II, 7. (2) II Cor., VI, 6.
(3) Malach., *ib.*, 9. (4) I Cor., III, 1.

magister solum, sed forma etiam est factus, præclare testatum legimus eum *cœpisse facere et docere;* ut scilicet quam sacerdos tradit commendatque doctrinam, eam re ipse confirmet. Præ ceteris, qui parœciis regundis præfectus est, laboris ne sit impatiens; vocatusque in vineam Domini, hanc impigre et constanter exerceat et colat, religiose memor, de animabus sibi creditis rationem se aliquando Domino gravissimam redditurum. Operam vero ne perdat, in omni studeat et tempore et re disciplinæ esse retinentissimus. Strenue quidem Christo militandum; non tamen nisi eorum nutu et auctoritate, quos ipse Christus duces elegit.

Tales vobis, Venerabiles Fratres, adjutores educere, vester est labor; si quidem exploratum, eos demum sacerdotes futuros, quales vos formandos curaveritis. Habetis nempe ubi, ad vestrum et Ecclesiæ votum, ministros effingatis *probabiles Deo, operarios inconfusibiles* (1); in sacris videlicet Seminariis, quæ cui bono magno sint instituta, vel ipso nomine apertum est. Huc igitur intendite animos et sedulitatem, sic ut ecclesiastica Seminaria, quæ jam sunt, omnino vigeant floreantque, tum ad studia sacrarum disciplinarum quod attinet, tum quod spectat ad animos adolescentium sancte fingendos. Studia quidem ut recte procedant, optimis doctoribus opus est, non modo sana doctrina imbutis, verum qui illam accommodate tradant, et ad Nostra præscripta fideliter. Ut autem adolescens clerus germanum Ecclesiæ spiritum hauriat et excolatur virtutibus, magistri pietatis diligentissime deligendi sunt; quorum tamen operam vestra etiam plena industriæ sollicitudo adjuvet et perficiat. At vero in diœcesibus ubi nulla adhuc Seminaria existunt, curent omni ope Antistites ut ea quam primum quamque optime constituantur; omnia pro potestate exequendo quæ in hanc partem tum a Tridentina Synodo sancita sunt, tum Nosmet ipsi præcepimus Apostolicis litteris v kal. maii anno MDCCCXCII datis. Ipsa docendi libertas, quæ apud gentem vestram nunc valet, facultatem affert vobis majorem, ut ea præstetis quæ de apta ratione studiorum

(1) II Tim., II, 15.

commendavimus. Ad hæc præclarum quoque adjumentum paratum est in clericorum collegio quod Romæ, commodo Americæ meridionalis, Pius IX decessor Noster fel. rec. condendum curavit, quodque Nosmet ipsi provehere studuimus valdeque fovemus. Expectationem vero exitus felicius in dies complet; satisque est commemorare ex ipso vestro numero, Venerabiles Fratres, nonnullos censeri quos habuisse alumnos jure idem Ephebeum lætatur. Juverit ergo, et auctores præcipue sumus, ut quos egregiæ spei adolescentes habueritis, Romam formandos mittatis, iisdem postmodum qua ad docendum qua cetera ad munia commode usuri.

Vix attinet dicere de emolumento quod vobis in sacra re familiæ Ordinum Religiosorum sunt allaturæ. Eas Nos ex providentia Apostolica rati sumus ab jacturis præteritorum in pristinam institutorum observantiam restituere; quod ut e sententia cederet melius, III nonas septembris anno MDCCCXC Religiosorum indigenarum domus ut Episcoporum auctoritati subessent decrevimus. In re igitur tam utili ac præstanti partes vestras minime defuturas confidimus. Grata quidem acciderunt quæ propterea transacta jam, curante Venerabili Fratre Hieronymo Archiepiscopo Petræo, Sedis Apostolicæ Internuntio apud Reipublicæ vestræ Præsides. Quo tamen cœpta majores habeant auctus atque optatos ad exitus adducantur, in hoc adhortamur strenuam religioni vestrisque maxime gregibus operam navetis. Gratulandum interea, Religiosas tum virorum, tum fœminarum Familias libenti animo quæ a Nobis mandata sunt, excepisse, et ad primævi cujusque instituti restitutionem sese alacres exhibuisse.

Ista, Venerabiles Fratres, de clero recte formando adhibendoque ad sacra; neque minus industriam vestram rationes fidelium exposcunt. Qua in causa, quod ceteris anteponendum illud est, ut religionis sanctissimæ elementa pueri rudesque homines apposite doceantur, Curionum sacrorum diligentia assidue excitata. Tum vero, quandoquidem publice licet, ludi instituantur puerili ætati erudiendæ, ne ipsa, grandi cum fidei rectorumque

morum detrimento, vel hæreticorum, quod usuvenit, adire scholas, vel gymnasia celebrare adigatur, ubi mentio nulla catholicæ disciplinæ, nisi forte calumniosa, infertur. — Præterea, quoniam consiliis exemplisque mutuis confirmantur animi et ad fortiora pro religione agenda perpetiendaque inflammantur, merebitis idcirco optime de re catholica et publica, si hominibus laicis, juvenibus præsertim suasores auctoresque eritis, ut in societates christiano instituto coeant. Has crebra Nos hortatione laudavimus, quippe quæ, cum curandis religionis rationibus et egenorum utilitatibus promovendis studeant, tum omni ope efficacitatem minuant earum consociationum, quæ publicæ caritatis appellatione abusæ, Ecclesiæ et civitatis bono valde adversantur. — Nec vos prætereat, Venerabiles Fratres, quantam, hisce maxime temporibus, in bonum in malum sint nactæ vim ephemerides adsimilesque in vulgus editæ scriptiones. Ne sit igitur in postremis catholicorum curis, ut his etiam armis in christiani nominis defensionem certetur; rite nimirum observato Episcoporum ductu, atque integra reverentia quæ civili debetur potestati. — Denique catholicos omnes meminisse oportet, hoc maxime Ecclesiæ interesse quales in cœtum legumlatorum cooptentur homines; quamobrem, salvo civilium legum jure, eniti universos necesse est, ut tales suffragio communi eligant, qui cum studio publicæ rei studium religionis probatum conjungant. Id autem eo eveniet felicius, si supremæ auctoritati rem publicam moderanti obsequium singuli deferant, eaque unanimes constantesque persequantur quæ Nos dudum in litteris encyclicis de Civitatum constitutione christiana ediximus.

Ceterum, Venerabiles Fratres, vigeat in vobis caritas arctissima et animorum concordia, ut *idem sapiatis*, *unanimes*, *idipsum sentientes* (1). Cujus rei gratia summopere commendamus ut inter vos frequenter communicetis consilia atque episcopales conventus, pro locorum intervallis sacrisque muneris officiis, sæpius iteretis. Adest vobis Apostolicæ Sedis Legatus, qui men-

(1) Philipp., II, 2.

tem Nostram et consilia vobis aperiat; Nos vero, pro paterna qua vos complectimur caritate ad ferendam studiis vestris opem paratos nullo non tempore habetis.

Cælestium autem bonorum munera, unde ad pastorale officium sancte gerendum suppetant vires, Deus perbenigne largiatur; eorumque sit auspex Apostolica benedictio, quam vobis, Venerabiles Fratres, clero populisque vestrum curæ concreditis peramanter impertimus.

Datum Romæ apud S. Petrum, die 2 Julii anno MDCCCXCIIII, Pontificatus Nostri decimo septimo.

LEO PP. XIII.

S. R. ET U. INQUISITIO.

MARIAGES MIXTES

DES SOLDATS DE L'ARMÉE PRUSSIENNE.

La lettre suivante de la S. Inquisition nous vient par le *Canoniste contemporain;* malheureusement, on ne nous dit pas à quel Évêque elle a été envoyée. Elle est intéressante; les questions sont nettement posées et nettement résolues, de telle sorte que tout commentaire est inutile.

Illustrissime ac Reverendissime Domine,

Per litteras supplices SS. Domino Nostro 25 Julii superioris anni datas, quæstiones nonnullas proposuisti de matrimoniis mixtis, quæ a militibus exercitus Borussiæ contrahuntur; cumque eas SS. Pater discutiendas commiserit S. Congregationi Romanæ et Universalis Inquisitionis, Eminentissimi Patres mecum Inquisitorum Generalium munere fungentes in Congregatione habita fer. IV die 13 Februarii elapsi illas maturo examine pertractandas susceperunt.

Porro quæstiones a Te propositæ hæ sunt :

1° Num matrimonium quod vir catholicus, sub vexillis Borussiæ militans, in locis ubi caput Tridentinum circa matrimonia clandestina publicatum est, coram ministro protestantico cum sponsa protestantica iniit, validum sit necne, nullo facto discrimine, num in loco ubi resident copiæ, quibus sponsus adscriptus est, an alio in loco, ubi sponsa domicilium habet, contractum fuerit?

2° Num idem plane judicium de validitate ejusmodi matrimonii

ferendum sit, quando tantummodo juxta leges civiles initum fuerit per verba, quæ per se ad declarandum consensum matrimonialem sufficiunt?

3° Num eodem pacto de ejusmodi matrimoniis sive coram ministro protestantico, sive tantum juxta leges civiles initis, judicandum sit, quando vir sub vexillis Borussiæ militans, hæresi addictus est, mulier autem fidem catholicam profitetur, quippe quum, juxta doctrinam Benedicti XIV piis. mem. (*de Synodo, l. 6, cap. 6, n. 12*), exemptio, qua sponsus protestanticus fruitur, alteri parti communicata remaneat propter individuitatem contractus?

Hasce quæstiones et cætera quæ tuis litteris continentur, Eminentissimi Patres accurate perpendentes, existimarunt necessarium esse capita quædam doctrinæ de mixtis matrimoniis alias inculcata a S. Congregatione Tecum communicare.

Illud principio statuis, auctoritate apostolica die 22 Maii 1868 omnes catholicos, qui sub Borussiæ vexillis militant, ab Ordinariorum jurisdictione subtractos ac proprio Vicario castrensi subjectos fuisse. Inde vero colligis : « Ut iidem milites lege tridentina, qua matrimonia clandestina declarantur irrita et nulla, teneantur, opus esse videri, ut ejusdem Concilii caput *Tametsi* in singulis parochiis militaribus exercitus Borussici juxta formam præscriptam publicetur. » Id autem non legitime colligi tibi erit manifestum, si ea probe teneas quæ Suprema hæc Congregatio in Instructione ad Archiepiscopum S. Francisci in California die 14 Decembris 1859 missa, de Tridentinæ legis vi atque indole propria tradidit, quæque hæc sunt : « Lex tridentina de clandestinis matrimoniis debet sane in unaquaque parœcia promulgari juxta illius censuram, sed facta semel promulgatione ejusque observantia permanente, lex territorium afficit, et adæquate loquendo localem et personalem esse in confesso est apud omnes; quatenus localis, afficit territorium, eosque, qui ibi matrimonio jungendi sunt, obligat : quatenus vero personalis, eos obligat qui domicilium vel quasi domicilium habentes in loco ubi Tridentinum decretum publicatum est et viget, in

altero ubi non viget contrahere vellent. Neque ex facta in posterum prædicti territorii divisione vel in eodem aliarum parœciarum erectione, partes divisæ vel recens erectæ parœciæ a lege jam territorium possidente liberæ enunciari possent. » Ex eo igitur quod novæ pro militibus parochiæ constitutæ fuerint, minime consequitur in his legem Tridentinam de clandestinis matrimoniis non vigere nisi in singulis publicetur; cum etenim hæc lex locum afficiat, ubicumque semel promulgata fuerit, nec in desuetudinem abierit, ibi jure suo possidet, et quæcumque intra illud territorium deinde parochiæ consurgunt, legi eidem necessario subjectæ sunt; secus, ut in eadem instructione dictum fuit, « necesse foret toties publicationem iterare quoties parœciæ jam huic legi subjectæ dismembratio, vel novæ in eodem territorio erectio fieret, quod inauditum in praxi est. »

Quæ cum ita sint, jam Tibi compertum erit per litteras Apostolicas, quas adducis, 22 Maii 1868, fuisse quidem Borussicos milites Vicario castrensi subjectos, ac jurisdictioni aliorum Ordinariorum subtractos, sed quod attinet ad matrimonia, nihil fuisse immutatum, atque eos in eadem omnino conditione, quam antea obtinebant, perseverare. Non igitur aliter Tibi de militum matrimonio judicium ferendum quam ceterorum fidelium qui rite Ordinariis subsunt. Sed Eminentissimos Inquisitores non fugit, hanc Tibi subesse suspicionem, aliter judicandum esse de consensu in matrimonium coram ministro protestantico prolato, aliter de consensu coram reipublicæ administro vel officiali, perinde ac alterutrius præsentia aliquando proprii parochi vicem suppleret et matrimonio validitatem conferret. Atqui Suprema hæc Congregatio jam in fer. IV die 5 Julii 1848 Argentinensi episcopo, qui de quorumdam protestantium matrimoniorum validitate quærebat, directe rescripsit : « Præsentia ministri protestantici et officialis civilis nunquam supplet vicem parochi catholici, ideoque, si sunt valida matrimonia, de quibus agitur, eam solum ob causam valida inveniuntur, quia contrahentes protestantes in casu de quo agitur, non includuntur

decreto Concilii Tridentini (1). » Sive igitur consensus coram ministro protestante proferatur, sive coram officiali civili, sive coram nemine, perinde est.

Tandem quod in tertia quæstione de exemptione a lege Tridentina conjugi catholico per hæreticum communicata, ex Benedicti XIV *de Synodo diœcesana, l. VI, c. 6, n. 12,* memorasti, id tenendum quidem est, donec a S. Sede aliter fuerit dispositum. Animadvertendum vero hanc doctrinam minime valere nisi pro iis locis, in quibus hæretici jam tempore publicationis decreti Tridentini in separatam et per se consistentem communitatem seu quasi-parœciam coaluerant, et ideo decreto in parœciis catholicis publicato non comprehendebantur.

Quod deinde ut scribis, militum matrimonia clandestina hucusque tam in foro interno quam externo universim valida judicasti, id quidem non recte factum esse perspicis, sed perpensis circumstantiis prudentiæ erit eos qui ita invalide forte contraxerunt, relinquere in bona fide.

Hæc Eminentissimi Inquisitores censuerunt tuis quæstionibus solvendis satis superque fore. Si quid tamen difficultatis casus aliquis adhuc offerat, fac ut illum, omnibus circumstantiis diligentissime explicatis, S. Congregationi proponas, et quid Tibi agendum sit opportune rescribetur.

Interim omnia fausta et felicia Tibi precor a Domino.

Amplitudinis Tuæ

Romæ, die 18 Martii 1884.

Addictissimus uti Frater,

R. CARD. MONACO.

(1) Nos lecteurs trouveront cette décision du 5 juillet 1848, avec l'exposé des circonstances qui l'ont amenée, dans la *Revue*, t. XXIV, pag. 497 à 500.

S. CONGRÉGATION DES RITES.

DECRETA GENERALIA.

I.

Emission ou rénovation des Vœux.

Non semel a S. Rituum Congregatione exquisitum fuit : Utrum et quomodo solemnis votorum professio, aut eorum renovatio, quæ in plerisque religiosis tam virorum quam mulierum Congregationibus locum habet, intra missam peragi valeat. Porro in peculiaribus casibus non una eademque fuit responsionis ratio, quin unquam generale decretum hac de re editum fuerit. Quapropter, ad omnem ambiguitatem de medio tollendam, et uniformitatem inducendam, eadem Sacra Rituum Congregatio, referente subscripto Cardinali eidem Præfecto, cunctis mature perpensis, atque iis præsertim, quæ in Bulla sa. me. Gregorii Papæ XIII, *Quanto fructuosius*, data Kalendis Februarii 1583 pro approbatione Constitutionum Societatis Jesu, hac de re continentur, in Ordinariis Comitiis subsignata die ad Vaticanum habitis, sequentem methodum servari posse constituit :

Celebrans profitentium vota excepturus, sumpto Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, absoluta confessione, ac verbis quæ ante fidelium communionem dici solent, Sacram Hostiam manu tenens, ad profitentes sese convertet : hi vero singuli alta voce professionem suam legent, ac posteaquam quisque legerit, statim Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumet. In renovatione autem votorum, Celebrans ad altare conversus expectet donec renovantes votorum formulam protulerint; qui, nisi pauci sint, omnes simul, uno præeunte, formulam renova-

tionis recitabunt, ac postea ex ordine Sanctissimum Corpus Domini accipient. Hæc tamen methodus, cum recepta fuerit, in respectivis Congregationum Constitutionibus minime apponenda est.

Non obstantibus quibuscumque particularibus decretis in contrarium facientibus, quæ prorsus revocata atque abrogata esse censeantur.

Die 14 Augusti 1894.

Facta autem SS. D. N. Leoni Papæ XIII per me infrascriptum Cardinalem Præfectum de præmissis relatione, idem Sanctissimus Dominus Noster sententiam Sacræ Congregationis approbavit, ratam habuit, ac decreta in contrarium facientia per præsens penitus abrogata esse declaravit.

Die 27, iisdem mense et anno.

CAJ. CARD. ALOISI MASELLA, S. R. C. Præf.

Aloisius Tripepi, *Secret.*

La Bulle *Quanto fructuosius* se trouve dans le Bullaire romain, tome IV, partie IV; c'est la 145e de Grégoire XIII; elle traite bien des vœux simples émis dans la Compagnie de Jésus et de leurs effets, et elle les approuve; mais elle ne contient rien qui se rapporte directement à la manière dont les vœux doivent être émis ou renouvelés, et c'est là seulement ce qui nous occupe.

C'est plutôt dans les Constitutions de la Compagnie de Jésus, approuvées par cette Bulle, qu'il faut chercher ce qui importe pour nous. Voici en effet ce qu'elles disent sur la cérémonie de la profession : « Præpositus Generalis, vel qui, accepta ab eo facultate, ad professionem admittet, postquam publice missæ sacrificium obtulerit,... cum Sanctissimo Sacramento Eucharistiæ ad eum, qui professionem est emissurus, se convertat. Ille autem, absoluta generali confessione et verbis quæ ante confessionem dici solent,

voce alta votum suum scriptum leget, cujus formula hæc est : *Ego*... etc. Post hæc, sumet Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum. »

On voit tout de suite que la S. Congrégation a étendu aux Congrégations en général ce qui a été permis à la Compagnie de Jésus pour la cérémonie de la profession. Avant de parler de la différence que ce décret met entre la cérémonie de la profession et la rénovation des vœux, l'idée nous est venue de chercher les décrets anciens rendus sur la matière, afin de savoir au juste lesquels sont révoqués et dans quelles limites. La Collection de Gardellini nous en fournit trois seulement.

Le premier est un décret IN MOLINEN, du 12 Septembre 1857 (Gard., n° 5251). Voici la question et la réponse :

DUBIUM XIX. Utrum Sacerdos permittere possit ut moniales in quadam anni solemnitate, priusquam sacram communionem intra missam recipiant, alta voce professionem votorum suorum renovent; item, ut alia peragantur a Rubricis et Sacræ Congregationis decretis absona, sed libris consuetudinariis, qui antiqui asseruntur, conformia, ex. gr. thurificationes in missa lecta, et alia hujusmodi?

Ad XIX. *Affirmative ad primum, dummodo accedat Ordinarii approbatio, vel adsit consuetudo : quoad reliqua, negative.*

Ce décret ne parle que de la rénovation des vœux; il approuve la pratique proposée et n'est pas révoqué en cela : mais on doit remarquer qu'il expose le cas d'une manière générale seulement, sans dire nettement en quoi consistait cette pratique; par là même il laissait, pour les détails, certains doutes, et peut-être aussi certaines libertés, qui, maintenant, doivent être réglés suivant le décret dernier. Il n'est peut-être pas inutile d'ajouter que ce décret est plus

large que le décret IN MOLINEN ; celui-ci requérait en effet l'approbation de l'Ordinaire ou au moins une coutume établie. Or, il semble que le décret actuel donne à toute communauté le droit d'adopter cette pratique, quand même on ne l'aurait pas suivie jusqu'ici.

Le second décret, inscrit dans l'Appendice de Gardellini sous le n° 5728, a été sollicité par un Père de la Compagnie de Jésus :

DUBIUM IV. Item an liceat, perdurante expositione,.... 5° Nuncupare vota religiosa vel solemnes consecrationes ?

Ad IV....; *ad quintam partem : affirmative, dummodo amoveatur quœcumque irreverentia.*

Ici, c'est de la profession qu'il est question, et le décret la déclare permise devant le très saint Sacrement exposé, pourvu que l'on ait soin d'éviter toute irrévérence. Il y aurait irrévérence, par exemple, si un prêtre présidant la cérémonie, tournait le dos au très saint Sacrement. Mais il faut bien observer que ce décret ne vient pas tout à fait à la question actuelle, puisqu'il y est parlé de la profession *coram Sanctissimo exposito*, et non pas *intra missam*, ce qui constitue une différence. On peut donc dire que le décret général actuel ne révoque rien et permet davantage.

Enfin, vient le décret *in una* AMERICÆ SEPTENTRIONALIS, du 10 Janvier 1879 (Gardell., n° 5759) ; c'est celui-ci qui est vraiment atteint par le décret actuel et modifié sur plusieurs points. A cause de cela, nous le citons intégralement :

Sacerdos Joseph Maria Finotti, in civitate vulgo *Colorado* Americæ Septentrionalis degens, exposuit Sacræ Rituum Congregationi quod, invitatus ad excipiendam votorum religiosorum renovationem Sororum a Sancto Josepho nuncupatarum, inve-

nerit in ejusmodi functione hunc obtinere morem, quo scilicet, antequam singulæ Sorores Sanctissimam Eucharistiam recipiant, votorum formulam emittant, ita tamen ut unaquæque prius formulam ipsam recitet, deinde Sanctissimum Sacramentum statim sumat; stando interea sacerdote sacram hostiam in manibus tenente ante altaris septa. Quum hic mos irregularis sibi visus fuerit, satius putavit illum sequi qui alibi servatur, juxta quem Sacerdos, dicto *Misereatur* et *Indulgentiam*, ad altare conversus expectat usquedum omnes religiosæ votorum formulam protulerint : hoc autem actu expleto, et dicto *Domine non sum dignus*,... SSmam Eucharistiam distribuit. Jamvero prædictus Sacerdos, scire cupiens quid hac in re tenendum sit, eamdem Sacram Rituum Congregationem adiit, solutionem sequentium dubiorum humillime expostulans, nimirum :

I. An liceat accipere renovationem votorum primo modo?

II. An propria ratio sit ea quam ipse secutus est?

III. Et quatenus nulla sit propria, quænam sit admissa approbata ratio recipiendi emissionem aut renovationem votorum?

Sacra vero Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audita sententia in scriptis alterius ex Apostolicarum Cæremoniarum Magistris, propositis dubiis sic respondendum censuit :

Ad I. *Non licere, et modus in casu prorsus eliminandus.*

Ad II. *Convenientius extra missam, et tantum in missa tolerari, quatenus formula renovationis votorum elata voce pronuncietur ab una ex monialibus, ratihabita mentaliter a cæteris.*

Ad III. *Provisum in præcedenti.*

Atque ita respondit ac servari mandavit.

Die 10 Januarii 1879.

Sur quoi, on peut remarquer d'abord que le décret général est plus clair que celui-ci. Car on ne voit pas bien si ce décret de 1879 s'applique à l'émission comme à la rénovation des vœux, et peut-être pourrait-on soutenir qu'il ne

s'est prononcé que sur cette dernière. La cérémonie présidée par le prêtre Finotti est une cérémonie de rénovation; les deux premières questions qu'il pose ne concernent que la rénovation; et si la troisième question demande comment s'y prendre tant pour l'émission que pour la rénovation des vœux, on peut dire que la S. Congrégation s'est bornée à renvoyer aux réponses précédentes qui, toutes deux, concernent la cérémonie de la rénovation. Mais ce serait peut-être une subtilité; la S. Congrégation déclarant avoir pourvu à la question troisième dans sa réponse aux deux précédentes, c'est qu'elle entendait appliquer les mêmes règles aux deux cas. Il faut bien que cette explication soit la vraie; on ne voit guère, sans cela, du moins par la collection de Gardellini, quels seraient les décrets particuliers révoqués en ce qu'ils ont de contraire à la mesure actuelle. S'il ne s'agissait dans ce décret que de la rénovation des vœux, la décision générale précise mieux, explique avec plus de détails ce qu'il faut faire, mais a-t-elle beaucoup à révoquer?

Quoi qu'il en soit, la règle actuelle est très précise et ne peut donner lieu à aucun doute. La S. Congrégation établit une différence très nette entre l'émission des vœux ou la profession, et leur rénovation. La profession est lue à haute voix par chaque novice, qui communie immédiatement après; pendant cette lecture, le prêtre est tourné vers lui, tenant la sainte hostie dans ses mains. Au contraire, la formule de rénovation est lue par un seul des profès (à moins qu'ils soient très peu nombreux), les autres s'unissent à lui, et tous communient ensuite sans interruption.

Voici donc comment nous comprenons les choses. S'il s'agit de professions, le prêtre, après avoir pris le précieux sang, ouvre le tabernacle et en retire le ciboire comme à l'habitude, pendant que le ministre dit le *Confiteor*; puis, il se tourne vers le peuple et dit *Misereatur*, *Indulgen-*

tiam, Ecce agnus Dei, Domine non sum dignus : alors, sans se retourner vers l'autel, tenant toujours la sainte hostie dans sa main, il attend que le premier profès ait récité la formule des vœux; dès qu'elle est achevée, il descend de l'autel et donne à celui-ci la sainte hostie, en disant *Corpus Domini*, comme de coutume. Il reprend une autre hostie, et reste à la sainte table, tourné vers le second profès, attendant qu'il ait récité à son tour la formule des vœux; ensuite, il lui donne la sainte communion; et ainsi pour les autres profès.

Quand il s'agit de la rénovation des vœux, la chose n'est pas aussi claire. Ce qui est certain, c'est que le prêtre attend tourné vers l'autel que la formule de rénovation soit lue par un seul profès (ou par tous, s'ils sont très peu nombreux), et que tous communient ensuite sans interruption. Mais nous sommes persuadés qu'il y aura désaccord sur le moment où le prêtre devra prononcer les paroles qui se disent ordinairement avant la communion. A coup sûr, on ne songera pas à dire *Ecce agnus Dei...* et *Domine non sum dignus,...* etc. avant la récitation de la formule; pourquoi se tourner vers le peuple, la sainte hostie en main, pour la déposer ensuite dans le ciboire? Mais le *Confiteor, Misereatur, Indulgentiam*, les dira-t-on avant ou après la récitation de la formule de rénovation? C'est là qu'il y aura divergence, nous le croyons du moins.

Pour nous, il nous semble plus régulier de dire le *Confiteor* après cette formule. La récitation du *Confiteor* appartient au rite de la distribution de la communion; il nous paraît naturel de ne pas le scinder. De plus, nous trouvons la justification de ce sentiment dans les termes même du décret, bien qu'ils ne soient pas aussi explicites qu'on pourrait le désirer. Quand il s'agit de la profession, il est dit que le célébrant, *après que le* Confiteor *est dit, et aussi*

les paroles qui se disent ordinairement avant la communion, « ad profitentes se convertet. » Pour la rénovation des vœux, le célébrant doit *attendre, tourné vers l'autel, jusqu'après la récitation de la formule;* attendre pour quoi? Sans doute pour faire dire le *Confiteor* et réciter les paroles ordinaires qui précèdent la communion. Aime-t-on mieux traduire qu'il doit attendre pour se tourner vers les profès? Soit; mais alors il ne se tournera pas pour *Misereatur* et *Indulgentiam;* et dès lors, comme il ne faut pas scinder la récitation du *Confiteor* et la séparer du *Misereatur,* etc., il attendra pour tout.

C'est ainsi que nous comprenons le décret actuel; il ne donne pas lieu, nous semble-t-il, à d'autres questions.

II.

Est-il permis de placer sur des vitraux ou de peindre sur les murs d'une église les Serviteurs de Dieu avant leur béatification ou leur canonisation?

Inter Constitutiones Romanorum Pontificum, ac S. Rituum Congregationis Decreta, quæ edita fuere pro moderando cultu Servorum Dei, qui cum fama sanctitatis vel martyrii decesserunt, sed inter Beatos aut Sanctos ab Apostolica Sede adhuc relati non sunt, nonnulla ad eorum imaginum sive in templis, sive in publicis oratoriis appositionem pertinent. Recenter etiam cum Vicarius Apostolicus Districtus Occidentalis Scotiæ retulisset, in vitris coloratis, quibus templorum fenestræ decorantur, præfatas imagines interdum depingi; Sacra eadem Congregatio, per Decretum die 24 Martii 1860 editum, hunc morem minime approbandum censuit. Verumtamen cum non raro, nedum in ejusmodi vitris, sed etiam in templorum parietibus facta ac gesta repræsententur, quorum Dei Famuli vel præcipui actores vel pars aliqua fuerunt; dubitatum est, num prohibitio illa etiam ad historicas hujusmodi repræsentationes sese porri-

gat. Re itaque maturo examini subjecta, auditisque votis virorum in sacra theologia, et in ecclesiastica quoque archæologia præstantium, Sacra Rituum Congregatio, referente subscripto Cardinali eidem Præfecto, in Ordinariis Comitiis subsignata die ad Vaticanum habitis, respondendum censuit :

Imagines virorum ac mulierum qui cum fama sanctitatis decesserunt, sed nondum Beatificationis aut Canonizationis honores consecuti sunt, neque altaribus utcumque impingi posse, neque extra altaria depingi cum aureolis, radiis, aliisve sanctitatis signis; posse tamen eorum imagines, vel gesta ac facta in parietibus Ecclesiæ seu in vitris coloratis exhiberi, dummodo imagines illæ neque aliquod cultus vel sanctitatis indicium præ se ferant, neque quidquam profani aut ab Ecclesiæ consuetudine alieni.

Die 14 Augusti 1894.

Facta postmodum Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papæ XIII per me subscriptum Cardinalem Præfectum de prædictis relatione, idem Sanctissimus Dominus Noster Sacræ Congregationis sententiam ratam habuit, confirmavit, et ita Decreta quæ in contrarium facere videantur intelligi debere jussit.

Die 27 iisdem mense et anno.

CAJ. CARD. ALOISI-MASELLA, S. R. C. Præf.

Aloisius Tripepi, *Secret.*

III.

Notaire des causes de canonisation et de béatification.

Quum sæpe contingat, ut Reverendissimi Ordinarii ad processus conficiendos in causis Servorum Dei clericos aut presbyteros sæculares in Notarios assumant, ac postremis hisce temporibus nonnunquam etiam Sacerdotes aliquem Regularem Ordinem professos; factum est hac de re verbum in peculiari Sacrorum Rituum Congregatione, habita die 10 Aprilis 1894 in causa Rothomagen, *Canonizationis Beati Joannis Baptistæ de*

la Salle. Porro Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII, quo constitutio hæc in Notarios rite ordinateque fiat, referente R. P. D. Augustino Caprara S. Fidei Promotore, omnino decrevit : *ut in quibuscumque processibus tam Apostolicis quam Ordinariis pro causis Servorum Dei conficiendis, non possint clerici assumi in Notarios, nisi a suis Ordinariis Notariatus privilegio in scriptis antea insigniti fuerint; Regulares autem viri nonnisi ex Apostolico privilegio, ac de venia suorum Præsulum : firmo simul remanente quoad eosdem Regulares Decreto sa. me. Clementis Papæ XII, diei 18 Augusti 1731, quo prohibetur ne sub quovis prætextu assumantur in Notarios processuum religiosi viri ejusdem Ordinis, quem Servi Dei, dum vixerunt, professi sunt, sub pœna nullitatis.*

Die 16 Julii, anno eodem.

CAJ. CARD. ALOISI-MASELLA, S. R. C. Præf.
Aloisius Tripepi, *Secret.*

IV.

Le décret du 2 juillet 1893, sur la préférence à donner aux fêtes primaires, s'étend même aux fêtes de rite double mineur et semi-double.

Evulgato Generali Decreto super primariis et secundariis festis, et eorumdem catalogo, dubium excitatum fuit in Sacrorum Rituum Congregatione, an præcedentia festis primariis super secundariis tributa afficiat solum Duplicia primæ et secundæ classis et Duplicia majora, an etiam Duplicia minora et Semiduplicia? Itaque in Ordinariis Comitiis subsignata die ad Vaticanum habitis, subscriptus Cardinalis eidem Sacræ Congregationi Præfectus sequens proposuit Dubium :

An distinctio inter primaria et secundaria festa, vi decreti generalis diei 2 Julii 1893, sola respiciat Duplicia primæ et secundæ classis, ac Duplicia majora; vel etiam Duplicia minora ac Semiduplicia, tam in occursu, quam in concursu, et in repositione?

Et Sacra Congregatio, omnibus mature perpensis, respondendum censuit :

Negative ad primam partem ; affirmative ad secundam : ac decreta quæcumque particularia in contrarium facientia per illud generale superius memoratum uti revocata ac nullius roboris habenda esse.

Die 14 Augusti 1894.

CAJ. CARD. ALOISI-MASELLA, S. R. C. Præf.

Aloisius Tripepi, *Secret.*

Il est très vrai que, à bien prendre les choses, le décret du 2 Juillet devait s'entendre des doubles mineurs et des semi-doubles. Ce décret (1) renvoie à deux passages de la Rubrique, que nous avons pris soin de citer en note, lorsque nous en avons publié le texte. Or, le premier de ces passages s'applique certainement à toutes les fêtes de neuf leçons et mentionne même formellement les semi-doubles : « Si duo vel plura festa novem lectionum simul eodem die veniant, fiat Officium de majori, id est de Duplici, et de semiduplici fiat commemoratio ut supra. At si omnia fuerint Duplicia, vel omnia semiduplicia, fiat de digniori, seu solemniori, et quæ Duplicia minoris solemnitatis sunt, si transferri valeant, transferantur ; aliter de eis, quemadmodum de semiduplicibus, fiat commemoratio juxta superius explicata. »

Nous avouons n'avoir pas prêté assez d'attention à ce texte pour comprendre ainsi le décret. C'était plutôt le catalogue des fêtes primaires et secondaires (2) qui nous avait paru en fixer le sens. Nous avions été très frappé d'un fait qui, en effet, ne pouvait guère passer inaperçu : c'est que ce catalogue, en énumérant les fêtes primaires insérées au calen-

(1) *Nouvelle Revue Théol.*, t. xxv, page 380.
(2) *Ibid.*, pag. 521.

drier de l'Église universelle, les insère sous quatre titres différents : d'abord les fêtes doubles de première classe, puis les doubles de seconde classe, les doubles majeurs, et enfin les autres *doubles per annum*. Donc, nous étions-nous dit, le décret précédemment promulgué sur la préférence à donner aux fêtes primaires sur les fêtes secondaires de même rite, a son application même entre deux fêtes de rite double mineur, mais ne s'étend pas plus loin. Nous nous étions trompé sur ce dernier point; le décret actuel en apporte la preuve. Mais on peut reprocher au catalogue dont nous avons parlé de n'être point complet, puisque les semi-doubles n'y sont pas mentionnés; il aurait fallu, par exemple, mettre en titre du paragraphe IV : *Alia duplicia vel Semiduplicia per annum*.

A cette occasion, nous ne pouvons nous empêcher de faire observer que la routine est bien puissante; nous avons observé un très grand nombre d'*Ordos* de cette année 1894, pour voir si on tiendrait compte du décret en ce qui concerne les doubles mineurs. Le Calendrier de l'Église universelle ne donne lieu de l'appliquer qu'une fois : le 17 Septembre se trouve la fête secondaire de l'Impression des stigmates de saint François, qui, jusqu'ici, partageaient les vêpres avec saint Joseph de Cupertino, dont la fête tombe le lendemain et est primaire. Beaucoup d'*Ordos* ont suivi les anciens errements et continué à dire : *Vesperæ a capitulo de sequenti, commemoratio præcedentis*. Il fallait appliquer le décret du 2 Juillet 1893 et dire : *Vesperæ de sequenti, commemoratio præcedentis*.

Il faut espérer que, cette fois, la règle sera mieux suivie; le décret nouveau la rappelle aux moins clairvoyants. Du reste, le cas se présentera bien plus souvent, dans le calendrier de l'Église universelle, puisqu'il faut appliquer la règle aux semi-doubles. Signalons, par exemple, la concurrence

d'un semi-double avec un office votif. Ce dernier est certainement secondaire; bien des fêtes de rite semi-doubles sont primaires : il faudra donc leur donner les vêpres entières, et faire seulement mémoire de l'office votif.

Nous avons examiné le calendrier de l'Église universelle pour compter les cas qui peuvent se rencontrer, et voici le résultat de nos recherches.

Janvier. — Rien à changer. Les semi-doubles qui se rencontrent en Janvier se trouvent en concurrence avec des doubles, ou en concurrence entre eux; comme ils sont tous primaires, le décret nouveau ne trouve pas son application.

Février. — Aucun cas; il ne s'y rencontre pas de semi-doubles.

Mars. — Trois cas : Saint Casimir, le 4, peut, aux premières et aux secondes vêpres, se trouver en concurrence avec un office votif; les Quarante Martyrs, le 10, peuvent être en concurrence avec un office votif placé au 11; Saint Jean de Capistran, semi-double, peut être en concurrence avec un office votif récité le 29.

Avril. — Deux cas possibles. Si un office votif se trouve le 11, il sera en concurrence avec saint Herménégilde, fête primaire, fixée au 12; de même saint Clet et saint Marcellin peuvent être en concurrence avec un office votif qui se rencontrerait le 27. Les fêtes primaires des saints Soter et Caius et de saint Georges se suivent et partagent les vêpres; pas de changement sous ce rapport.

Mai. — Deux cas. Saint Nérée et ses compagnons peuvent être en concurrence avec un office votif tombant le 13, et saint Bernardin de Sienne avec un office votif qui serait récité le 21.

Aucun changement en *Juin*.

Juillet. — Le 9, le 11 et le 30 sont libres pour des offices votifs, qui céderaient les vêpres entières à sainte Elisabeth

de Portugal, aux saints Sept Frères, etc., et à sainte Marthe, là où elle est semi-double.

Août. — Le 9 et le 26 peuvent admettre les offices votifs ; et on a la veille les fêtes primaires de saint Cyriaque et de ses compagnons, et de saint Louis, semi-double hors de France. C'est dire qu'il faudrait appliquer la règle.

Septembre. — Saint Étienne le 2, saint Laurent Justinien le 5, saint Côme et saint Damien le 26, peuvent donner lieu à l'application de la nouvelle règle.

Octobre. — Il faut dire la même chose de saint Rémi le 1er Octobre, de saint François de Borgia le 13, et de sainte Edwige le 17.

Novembre. — Un seul cas en ce mois. Saint Grégoire Thaumaturge aura la préférence aux premières vêpres sur un office votif récité le 16.

Pas de changements à noter en *Décembre.*

V.

Règles concernant la translation des fêtes du Sacré-Cœur, de S. Joseph, de S. Jean-Baptiste et de l'Annonciation.

In catalogo festorum, quæ juxta decretum diei 27 Augusti 1893 uti primaria aut secundaria habenda sunt, festum Sacratissimi Cordis Jesu inter secundaria relatum fuit. Quapropter dubium in Sacrorum Rituum Congregatione excitatum est, utrum per hoc decretum alteri generali diei 28 Junii 1889 derogatum fuerit, et quomodo ?

Sacra autem Congregatio, in Ordinariis Comitiis ad Vaticanum coadunata, referente subscripto Cardinali eidem Præfecto, omnibus mature perpensis, respondendum censuit :

Affirmative, et Festum Sacratissimi Cordis Jesu, utpote secundarium, omnibus Duplicibus primæ classis primariis locum cedere tam in occursu, quam in concursu atque in repositione. Cum autem ad normam ejusdem Festi Sacri Cor-

dis ordinatum quoque fuerit festum translatum S. Joseph, Duplex primæ classis, alia festa Duplicia primæ classis, dummodo primaria, tam in occursu, quam in concursu, ac in repositione illi esse præferenda. Idem quoque servandum circa festum translatum Nativitatis S. Joannis Baptistæ et Annuntiationis Deiparæ Virginis, nisi hoc transferatur simul cum præcepto audiendi sacrum, juxta decretum in AQUEN *diei 2 Septembris 1741.*

Atque ita declaravit ac decrevit die 14 Augusti 1894.

CAJ. CARD. ALOISI-MASELLA, S. R. C. PRÆF.

ALOISIUS TRIPEPI, *Secret.*

